


JOH. SIMONIS

GYMNAS. ILLUSTR. REG. HAL. SUB-RECT.
ET ALUMN. INSPECT.

ARCANUM FORMARUM NOMINUM HEBRÆÆ LINGUÆ,

SIVE DE

SIGNIFICATIONE FORMALI TRACTATUS PHILOLOGICUS,

QUO

NOMINUM HEBRÆÆ LINGUÆ SIGNIFICATIONES
EX IPSORUM *FORMIS* ERUUNTUR ET ILLUSTRANTUR,
SACROQUE V.T. TEXTUI ATQUE ADEO UNIVERSÆ LINGUÆ ORIGINALI
NOVA LUX ACCENDITUR.

PARS PRIOR

DE

NOMINIBUS NUDIS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.
A. C. MDCCXXXV.

VIRO MAGNIFICO,

SUMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO
AC DOCTISSIMO,

D O M I N O

DANIELI ERNESTO JABLONSKI

S. THEOL. D. SACRORUM IN AULA PORUSSICA
REGIA ANTISTITI PRIMARIO, CONSISTORII ET SENATUS
ECCLESIASTICI CONSILIARIO, ECCLESIARUM UNITARUM PER
POLONIAM MAJOREM ET PORUSSIAM SENIORI,

REGIÆ SCIENTIARUM SOCIETATIS BEROLIN.
PRÆSIDI,

CLASSISQUE HISTORICO-PHILOLOGICO-ORIENTALIS
DIRECTORI,

UT ET

VIRIS SUMME AC PLURIMUM REVERENDIS,
EXCELLENTISSIMIS ET DOCTISSIMIS,

DOMINIS

ARNOLDO NOLTENIO

S. THEOL. D. POTENT. PORUSSORUM REGI A CONCIONIBUS AULICIS ET CONSILIIS ECCLESIASTICIS,

JACOBO ELSNERO

S. THEOL. D. ECCLESIÆ AD TEMPLUM PAROCHIALE BEROLIN. PASTORI PRIMARIO, REI ELEEMOSYNARIÆ COMMISSARIO,

CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS

S. THEOL. ET PHILOSOPH. IN ACADEMIA HAL. PROFESSORI PUBL. ORDIN.

JOHANNI PHILIPPO HEINIO

S. THEOL. D. ILLUSTRIS GYMNASII JOACHIMICI, QUOD BEROLINI FLORET, RECTORI AC PROFESSORI PRIMARIO,

CÆTERISQUE, EJUSDEM SOCIETATIS CLASSI ORIENTALI ADSCRIPTIS

MEMBRIS SPECTATISSIMIS,

PRÆSENTEM LABOREM SACRUM FACIT EORUMQUE JUDICIO GRAVISSIMO NOVAM HANC HYPOTHESIN SUBJICIT

JOHANNES SIMONIS
AUTOR.

PRÆFATIO.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

JOHANNES SIMONIS.

Linguam Hebraicam, vel potius vulgarem eam tractandi methodum, multis nævis laborare ac defectibus, communis est querela, quorumcunque interest, non superficiariam

quandam, ſed exquiſitiorem illius linguæ habere notitiam. Inter *Defectus* autem iſtos haud immerito quoque refertur neglectus ſignificationis *Formarum Nominum. Formas* enim *Nominum* nequaquam eſſe otioſas, ſed majus quid involvere, à multis jam dudum obſervatum quidem, ſed à nemine ſatis explicatum eſt aut pertractatum. Quæ ne fruſtra dixiſſe videar, Viros aliquot, in literatura Hebraica facile principes ſingulosque novarum hypotheſium autores, teſtes appellabo; quorum verba quia inſtitutum noſtrum mirifice declarant, prolixius adducere haud incommodum

dum erit. Primus ergo prodeat JAC. GUSSETIUS, acerrimus Hebraiſmi vindex. Is in Præfatione *Commentariorum Linguæ S.* pag.ult. inter alia ſic præfatur: *Formæ* quo- " que *Derivatorum* peculiares ſibi " quasdam proprietates immittunt " *Derivatis*, quas qui noſſe negligit, " multum à ſcopo iſto (cognoſcen- " di ſcil. vocum proprietates,) ab- " eſſe neceſſe eſt, qui autem intelli- " git, eum attingit --- Quæ quan- " tumvis ita ſint, nulla pars *Gram-* " *maticæ* minus attenditur, quam " iſta. Id quod ægre ferens, in il- " lam magis magisque commenda- " tione mea, ſi quid ea eſt, ſtudio- "

ſorum

„ sorum mentes defixas dare perve-
„ lim. Similiter Vir Plurimum Reverendus D. VAL. ERN. LOESCHERUS, Antistes apud Dresdenses celeberrimus, de *Caussis Linguæ Ebr.* p. 162. inter *Defectus Grammaticæ*
„ *Hebr.* refert, quod in *Nominum*
„ *Formas* varias non accuratius in-
„ quiratur, ac præsertim distributio
„ eorum in classes, ob peculiarem
„ significandi modum, contemna-
„ tur. Idem p. 414. inquit: Ve-
„ rum & illi (Rabbini) *Forma*
„ Grammatica contenti, de signifi-
„ catione & Logica indole parum
„ soliciti sunt. Et CASP. NEUMANNUS, Vir vere *novus*, in *Genesi*
Lin-

Linguæ S. cap. 3. §. 36. Quid ה, "quid א, quid מ vel alia quæcunque "litera ad Radicales ſic vel ali- "ter aſſumta in Nominum forma- "tionibus valeat, docere hactenus "potuit nemo. Omnium vero "optime JAC. RHENFERDIUS, Philologus ſummus, in *Rudimentis Gram. Orient. Harmon.* (quæ exſtant in Ejus *Opuſculis Philolog.*) §. 73. Hæc doctrina de *Forma* "*Nominum* cum in ſingularum lin- "guarum traditione, tum in univer- "ſarum comparatione magni pon- "

„ deris esse videtur, cum & ad signi-
„ ficationis investigationem mo-
„ mentum habeat, & magnum me-
„ moriæ subsidium afferat. Et, ad-
ductis aliquot exemplis, paulo post:
„ Quæ omnia & id genus alia, quan-
„ tum ejus fieri potest, ad suas *For-*
„ *mas* & notiones referre, meo qui-
„ dem judicio, magni ad literatu-
„ ram Orientalem momenti esset --
„ Quæ si denique etiam secundum
„ significationes digerantur, næ ve-
„ ro elegans & utilissimum opuscu-
„ lum confici inde posse videtur. Ad
Defe-

Defectum igitur iſtum, quem dixi, ſarciendum, ALB. SCHULTENS, feliciſſimus linguæ Hebraicæ ex Arabica inſtaurator, de *Defectibus Linguæ S.* §. 238. præcipit, ut penitius " intretur in *Formarum Derivata-* " *rum* interiorem indolem, qua aliæ " ab aliis ſecundum genium linguæ " diſtinguuntur, atque imprimis e- " nucleatius demonſtretur, quid " quælibet ex literis האמנתי in for- " mationibus vocabulorum adferat " atque conſignet." Hæc omnia totidem verbis eo fine adduxi, ut ope-

ræ pretium feciſſe videar, exantlando inque lucem emittendo publicam præſentem hunc laborem: quem *Arcani* nomine inſcripſi, non tam LUD. CAPPELLUM, cujus exſtat *Arcanum Punctationis Revelatum*, quam MATTH. HILLERUM imitatus, Virum de literis ſacris multis nominibus, inter alia etiam edito *Arcano Kri & Kethibh*, optime meritum. Jamdiu eſt, cum *Formas* illas *Nominum*, minime otioſas & mihi viſas, accuratius rimari earumque ſignificationes penitius excutere

tere in animum induxi. Quod consilium cum Viris aliquot harum literarum apprime doctis aperui, illi & institutum meum comprobarunt, & mihi ad illud exsequendum calcar subinde addiderunt. Unde tandem *cum Deo & Tempore* fœtus hic prodiit: in quo habes non nudam *Formarum* recensionem, qualis passim apud Grammaticos offenditur, sed singularum *Formarum* illarum significationes, ex collatione exemplorum Biblicorum elicitas; habes omnium *Nominum*

Appellativorum V. T. Textus Hebraici farraginem, convenientiori ordine, quam vulgo fieri ſolet, diſpoſitam; habes denique innumeras *Nominum Etymologias*, in vulgaribus Lexicis hucusq; deſideratas, partim ex præſtantiſſimis quibusvis Philologis collectas, partim proprio Marte erutas. Qua in re quid per ingenii vires præſtiterim, judicent alii. Mihi ſaltem ſufficiet, Eruditis anſam dediſſe, omnem rem curatius penſitandi, ſublatoque *Defectu* ſupra memorato, *Linguam Sanctam* nova qua-

quadam ratione perficiendi. Prodit vero hac vice Tractatûs sola Pars prior de *Nominibus*, quæ *Nuda* vocari solent, Parte alterâ de *Auctis*, quæ indaginis sunt paulo altioris, ad uberiorem disquisitionem & expolitionem reservatâ: cujus editio non parum accelerabitur, si intellexero, meos qualescunque conatus sacrarum literarum Cultoribus non plane fuisse ingratos. Scribebam Halæ Magdeburgicæ, IV. Idus Februar. MDCCXXXV.

Conspe-

Conſpectus totius Operis.

Nomina Hebr. ſunt
- vel *Nuda*, eaque
  - I. *Levia*, & hæc
    - vel *Acuta*, deſinentia in 5 Vocales longas, de quibus Sect. II.
    - vel *Penacuta*, ut *Segolata* Sect. IV. quibus reſpondent *Imperfecta* illa, de quibus ſeorſim Sect. V.
  - II. *Geminata*, de quibus Sect. III.
  - III. *Gravia* ſ. *Dageſſata*, de quibus Sect. VI.
- vel *Aucta*, eaque
  - vel *ab initio*, de quibus Sect. VII.
  - vel *a fine*, de quibus Sect. VIII.

His præmittitur Sectio I. *Præliminaris*, ſubjungitur Sectio IX. Appendicem continens de Participiis *Benonim* Nominaliter uſurpatis, de *Nominibus Animalium*, de *Peregrinis* item & *Compoſitis*.

ARCANI

ARCANI FORMARVM

NOMINVM HEBRÆÆ LINGVÆ

SECTIO I.

PRÆLIMINARIS.

SECTIO I.
PRÆLIMINARIS.

§. I.

PER SIGNIFICATIONEM FORMALEM, ad quam præſens tractatio ſpectat, intelligimus *notionem* illam *generalem*, quæ ſingulis ejusdem Formæ Nominibus, vi illius Formæ, ex æquo competit.

Alio itaque ſenſu vocabulum *Significationis Formalis* ego accipio, ac SAMVEL BOHLIVS, Philologus quondam apud Roſtochienſes de lingua Hebraica præclare meritus, qui ſeculo ſuperiori, inter alia ingenii monumenta, ex nova quoque hypotheſi de eruenda *Significatione Formali* inclaruit, editis hanc in rem XII. Diſſertationibus,

 Roſto-

Roſtochii an. 1637. (a) Quam ſententiam porro adornavit in Tractatu de *quibusdam, quæ Deo proprie competunt*, ibid. an. 1638. Intellexit quippe Vir doctus per *Significationem Formalem* notionem illam generalem, ſingulis Derivatis cum Radice communem, (b) ſecundum ipſius axioma: *Omnes voces, quæ deſcendunt ex eadem Radice, debent habere idem* Formale *Radicis*. Qua in re tamen BOHLIVM non omne tuliſſe punctum, varia teſtantur Eruditorum judicia, ut JOH. MUSÆI in pec. Exercitationibus contra BOHLIUM, COTHMANNI in neceſſaria contra BOHLIUM Defenſione de *nuptiis comprivignorum*, cap. I. p. 4. & 5. FECHTII in *Theſibus Select. Polem.* n. 6. PFEIFFERI in *Critica S.* c. 5. ſect. 2. qu. 3. in *Introduct. in Orient.* diſſ. 5. qu. 6. & in *Theſauro Hermeneut.* p. 255. 288. GUSSETII in Præfat. & Append. ad *Commentar. Linguæ Ebr.* HIER. KROMAYERI in *Polymathia Theol.* P. I. c. 9. J. H. MAJI in *Introduct. ad ſtudium Philolog.* c. 2. p. 19. CASP. NEUMANNI in Epiſtola ad Amicum ſuper hypotheſi nova, REIMARI de *Vocum Differentiis* Diſſ. I. ſect. 2. §. 6. Ven. LOESCHERI de *Cauſis Linguæ Ebr.* L. I. c. 10. CHLADENII in *Theologia Exeget.* p. 294. ſeq. adde Ven. RAMBACHIVM in *Hermeneutica S.* L. II. c. 7. §. 6. Quamvis certiſſimum ſit, dari ejusmodi notionem generalem, ſingulis ſignificationibus ſpecialioribus

(a) Quibus anno ſequente PHIL. HARTMANNVS, BOHLII diſcipulus, decimam tertiam adjecit. Eædem conjunctim recuſæ prodierunt in *Theſauro Theologico-Philologico*, Roterod. an. 1701. Tom. I. ab initio.

(b) Qua vero denominatione Onomathetæ munere BOHLIVM minus ἀκριβῶς functum eſſe, jam dudum monuit BANGIVS in *Cœlo Orientis & priſci mundi* p. 156. Longe accuratius proinde dici poſſe *Significationem Generalem*, exiſtimat Cl. SCHOETGENIVS in Vita BOHLII deſcripta in ejus *Pomerania V. & N.* p. 521.

bus, quas *Materiales* vocant, applicabilem, præstantissimis quippe Philologis passim id observantibus, ut JUNIO in *Gram. Hebr.* p. 40. NIC. PETRÆO in Lexico Grammaticæ Hebr. annexo, GIBELIO in Differt. de *genuina Lexicographiæ Chald. constitutione* & in *Thesauro Chald.* FORERIO in Jesaiam, MERCERO ad *Thesaurum* PAGNINI, FORSTERO, AVENARIO, MARINO BRIXIANO, GVSSETIO, COCCEJO & STOCKIO in Lexicis suis, JOH. HENR. MAJO in variis scriptis, WASMVTHO in *Anti-Conringio* p. 424. WEGNERO in *Specimine Hierolexici* c. 1. §. 12. seq. HERM. TARNOVIO in *Gram. Hebræo-Bibl.* p. 49. seq. & in *Specimine Lexici Hebræo-Biblici Formalis*, quod exstat in Actis Erudit. Rostoch. Collect. II. p. 205. seq. KOERBERO in *Lexico Particularum*, SCHEURERO in *Rizologia Hebr.* J. A. KROMAYERO in *Specimine Fontium S. S. apertorum*, VALENTINO FRIDERICI in Diss. de *Radice Hebr.* c. 2. TH. HASÆO in *Biblioth. Brem.* Class. III. fasc. 3. diss. 8. & ex instituto G. ZINCKIO in scripto Germanico: Darstellung, wie die erste Haupt-Bedeutung eines Hebräischen Grund-Wortes in allen andern Neben-Bedeutungen enthalten sey. Ex Judæis quoque R. JOSEPHUM BEN CASPI in שרשרות כסף de ejusmodi significatu sollicitum fuisse, ex BARTOLOCCIO & MARINO refert Ven. WOLFIUS in *Historia Lex. Hebr.* p. 49. conf. Idem p. 220. seq. & Cl. SCHARBAU in *Parergis Theol. Philol.* P. II. p. 138. seq. Significationem vero illam nonnisi Concordantiarum ope inveniri posse, monet GLAUCHIUS de *Usu Concordantiarum Bibl.* §. 51. Eandem ex hypothesi sua tuto erui posse, contendit NEUMANNUS in Epistola cit. (c) & in *Genesi Linguæ S.* c. 4. §. 28. seq.

 Sed

(c) Ad quam conferri meretur Anonymi (qui creditur esse IOBVS LVDOL-

Sed felicius id fieri ope reliquarum LL. Orientalium, maxime Arabicæ, crediderim cum PFEIFFERO in *Critica S.* loco ſupra cit. CHR. SONTAGIO in *Scrutinio Biblico* §. 5. KROMAYERO de *Uſu linguæ Arab.* L. I. c. 2. ſeq. ac Celeb. MICHAELIS in Diſſert. de *Hiſtoria L. Arab.* §. 29. 30. cujus rei ſpecimina præ cæteris nobis dedit Doctiſſimus ALB. SCHULTENS in elegantiſſimis de *Originibus & Defectibus Ling. Hebr.* libellis. Longe quoque præſens inſtitutum noſtrum differt ab hypotheſi illa, quam laudatus CASP. NEUMANNUS, Antiſtes quondam apud Vratislavienſes celeberrimus, ſtabilire allaboravit, primum quidem in Epiſtola ſupra citata, ac porro in *Geneſi & Exodo Linguæ S.* it. in *Biga Difficultatum Phyſico-ſacrarum*, & denique in *Clave Domus Heber:* (d) cujus ſententiam alii plures vel ulterius adornarunt vel ſaltem comprobarunt, ut LOESCHERUS de *Cauſis L. Ebr.* & in **Unſchuldigen Nachrichten** an. 1701. p. 765. ſeq. an. 1713. p. 320. ſeq. P. M. ALBERTI in *Porta L. S.* J. G. ZIEROLD in *Analogiſmo Nominum & Rerum* ex Pſ. 1. & in ſuo באר היטב, FR. OPFFERGELD, Præpoſitus Magdeburgenſis, in *Specimine Lexici Exegetici*, Anonymus in **Freywilligen Hebopffern** XI. **Beytr.** p. 67. ſeq. FR. NIEHR in *Deliciis Hebræo-Homileticis*, Anonymus in *Tentamine Interpretationis Cantici Canticorum*, Vratislaviæ an. 1710. Germanice edito, G. KOHLREIF in *Hebraiſta Polybiſtore* §. 7-10. Celeb.

LVDOLFVS,) Epiſtola, quæ exſtat in TENZELII *Colloquiis Menſtruis* an. 1693. p. 157. ſeq.

(d) NEVMANNO facem prætuliſſe creduntur HELMONTIVS in *Delineatione Alphabeti vere Naturalis*, it. in *Cogitationibus* ſuper 4. priora capita Geneſeos, & IOH. CARAMVEL LOBKOVITIVS, Hiſpanus, in *Faviſſis Hebraicis.* HELMONTII vero ſententiam examinatam & confutatam dedit I. M. LANGIVS in Diſſert. de *Charact. Prim. Bibl. Hebr.* c. 2. claſſ. 1. p. 8. ſeq.

Celeb. IKEN in Differt. de *idolo Nibchas* p. 18. 19. J. G. PAGENDARMIUS in *Biblioth. Lubec.* Vol. VI. p. 274. HENR. SCHARBAU in *Parergis* P. II. p. 129. seq. Eidem sententiæ defendendæ magisque excolendæ multum se insudasse, sed deinde nuncium misisse, refert J. A. QVASIUS in Diss. de יוֹבֵל p. 22. expensis scil. Virorum doctorum objectionibus: ex quibus nunc nominamus Celeb. C. B. MICHAELIS in Differt. de *Vocum Seminibus*, J. J. SCHUDT de *Genio & Indole L. S.* p. 32. seq. REIMARVM de *Vocum Differentiis* Diss. I. sect. 2. §. 5. B. H. GEBHARDUM in Differt. de *Vulpibus Simsonæis*, p. 3. J. P. REUSCHIUM in *Dyade Philologica*, J. A. KROMAYERUM in Differt. præmissa *Specimini Fontium S. S. apertorum* c. 6. P. BERGERVM in Diss. de *Antiphrasi S. S.* cap. 1. §. 6. Ven. DEYLINGIUM in *Observat. S.* P. III. p. 251. CHLADENIUM in *Theologia Exeget.* p. 293. Ven. CARPZOVIUM in *Critica S. V. T.* P. I. cap. 5. sect. 3. MEGERLINUM in *Hexade Collegii Orient.* p. 35. SOUCIETUM in *Collectione Dissertationum Crit.* p. 193. 489. & 510. Autores *Memoriarum Trevolt.* an. 1710. p. 1369. seq. & an. 1711. p. 1661. Conf. WOLFIUS in *Histor. Lex. Hebr.* p. 149. & 184. seq. it. in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 624. T. III. p. 313. RAMBACHIUS in *Hermeneut. S.* L. II. c. 7. §. 2. WOKENIUS in *Biblioth. Theol. Philol. Philosoph.* P. III. ab initio, & CHR. WOLFIUS, Philosophus ille celeberrimus, in *Philosophia Rationali* p. 702.

§. II.

Per FORMAM NOMINVM Grammatici intelligunt certam quandam *literarum & Punctorum constitutionem*; vid. BYTHNERI *Gram. Hebr.*

Hebr. reg. 60. & RHENFERDII *Gram. Orient. Harmon.* §.73. Unde *Nomina ejusdem Formæ* dicuntur, quibus eadem eſt literarum & Punctorum conſtitutio.

§. III.

Dari ejusmodi *Significationem Nominum Formalem*, confirmatur I. ex *inductione ſingulorum exemplorum Biblicorum*, quæ ad conſtituendam ſignificationem illam generalem, ex Formis æſtimandam, mirifice conſpirant: quod nequaquam foret, ſi ſententia noſtra plane de nihilo eſſet & ſine omni fundamento. II. Ex *conſenſu Eruditorum*, qui id paſſim notarunt (*). III. Ex *analogia cæterarum linguarum* (**). IV. Ex *natura ſermonis humani*, cui conveniens eſt, ut certi ſoni ſimilesque vocum inflexiones certas involvant notiones atque conceptus, prout e. g. fit in Declinationibus & Conjugationibus (***).

(*) Obiter in hanc literaturæ Hebraicæ partem, præter eos, quos in Præfatione laudavimus, uno atque altero exemplo adducto excurrerunt, vel ſaltem mentionem ejus injecerunt JUNIUS in *Gram. Hebr.* p. 27. AVENARIUS *Gram.* P. I. GUALTPERIUS *Gram.* L. I. c. 25. BUXTORFIUS in *Theſauro* L. I. c. 56. WASMUTHUS in *Hebraiſmo Reſtit.* Append. I. de Nomin. Verbal. PISCATOR ad Pſ. 37, 28. SEB. SCHMI-

SCHMIDIUS in Diss. de *Paschate* §. 55. 56. GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* passim, HILLERUS in *Gram.* c. 9. p. 378. in *Onomast. S.* passim, ut p. 35. seq. in *Syntagm. Hermeneut.* p. 293. seq. & in *Hierophyt.* p. 352. seq. KOHLHANS in *Gram. Hebr. sine Punctis* p. 48. & porro in Mantissa, WICHMANSHAUSEN in Diss. de *Asere Metalli fossore* §. 6. SCHOETGENIUS in Diss. de *Emphasi Verbi* תכבסני ad Ps. 51, 9. p. 15. DANZIUS in *Literatore Ebræo-Chald.* §. 29. p. 253. & ab initio Præfationis ad *Paradigmata Nom. & Verb.* Ven. J. H. MICHAELIS in Annot. Bibl. ad Jes. 6, 13. RUSCHATUS in *Gram. Hebr.* p. 155. seq. DIESTIUS in *Gram. Hebr.* p. 169. LOESCHERUS de *Caussis L. Ebr.* L. II. c. 8. in *Breuiario Theol. Exeget.* p. 104. & in Unschuldigen Nachrichten an. 1705. p. 563. 564. Celeb. C. B. MICHAELIS in Diss. de *Vocum Seminibus* Coroll. 3. Plures vid. infra Sect. VII. §. 1. & Sect. VIII. §. 3.

(**) In Lingua Latina *Formalem* quorundam Nominum *Significationem*, ex terminatione Derivativa æstimandam, subindicarunt SCALIGER de *Caussis L. Lat.* c. 98. RHENIUS in *Paralipom. Gram.* p. 702. seq. it. p. 712. seq. FRISCHLINUS itidem in *Paralip. Gram.* p. 306. seq. Autores *Grammaticæ Marburgicæ* L. I. c. 18. & *Marchicæ* p. 217. seq. In Græca eandem notarunt CRUSIUS *Gram.* p. 86. 87. GUALTPERIUS *Gram.* L. I. c. 19. STOCKIUS in *Interprete N. T.* p. 15. & omnium luculentissime Autores *Grammaticæ Græcæ plenioris in usum juventutis Marchicæ*, p. 387. seq. In Arabica id egit ERPENIUS *Gram.* L. III. c. 2. in Æthiopica LUDOLFUS *Gram.* L. III. c. 3. & 4. & in Amharica, *Gram. Amhar.* L. III. c. 3. in Persica GRAVIUS *Element. Pers.* p. 19. seq. & LUD. de DIEU *Rudiment.* L. III. c. 4. & 5. in

Turcica, SCHIEFERDECKER *Gram.* L. II. c. 1. Celeb. CLODIUS in *Grammatica* Lexico annexa c. 2. §. 5. seq. & conjunctim MENINSKI *Institut. L. Arab. Pers. & Turc.* P. II. c. 6. in Armenica Celeb. SCHROEDERUS *Thesaur. Armen.* L. II. c. 2. in Coptica vid. BLUMBERGIUS *Gram. Copt.* §. 7. seq.

(***) Conferri hic merentur, quæ differit HERM. von der HARDT in *Gram. Exeget.* c. 4. p. 57. seq.

§. IV.

Significatio vero illa hoc modo ex Nominum elicitur Formis. I. Singula ejusdem Formæ exempla Biblica colliguntur & secundum Verborum suorum significationes in certas classes digeruntur; II. notiora seliguntur; III. disquiritur, quam significationem generalem notiora illa habeant communem? & hæc ipsa est *Significatio Formalis*, coll. §. 1. IV. Generalis illa significatio applicatur tum singulis exemplis ignotioribus, tum Nominibus sic dictis *Imperfectis*, quæ *Perfectis* ubique subjunguntur, non tam identitatis Punctorum, quam ipsius significationis analogiæ habita ratione.

§. V.

Mirum vero est notatuque dignissimum, quod *Nomina Animalium*, Formarum saltem sim-

ſimpliciorum (e), ſignificationem illam, reliquis Nominibus communem, plane reſpuant, ſuique hic plane ſint juris: quod conferenti ea ultro patebit. Cum illis hac in re conveniunt *Numeralia Cardinalia.*

Recte quidem, qui linguæ Hebraicæ primatum vindicant, ad *Nomina Animalium*, naturæ ipſorum convenientiſſima & adhuc in lingua illa exſtantia, provocant. Si quis tamen inde inferre velit, linguam Hebraicam a primis incunabulis ad ſcriptum usque Codicem S. ab omni mutatione manſiſſe plane liberam, næ is toto aberraret cœlo. Quin potius ipſa illa Nomina indicio ſunt haud obſcuro, fuiſſe primam eius faciem paulo aliam, ac hodienum in S. Codice apparet, ſive ea mutationem aliquam ſubierit in Confuſione Babylonica (f); ſive ſucceſſu temporis communem linguarum ſortem ſit experta (g): in quam ſen-

(e) *Nudarum* ſcil. & *Levium*, quæ ὀνοματοθεσίαν Adamiticam primævamque linguæ ſimplicitatem magis redolent.

(f) Nondum enim evictum eſt, SEMUM vel HEBERUM ejusque familiam exſtructioni turris Babylonicæ non interfuiſſe, adeoque communem linguarum confuſionem evaſiſſe: quod non ſine cauſa in dubium vocatum a Viris ſummis, HUETIO, OUSSETIO, PERIZONIO, CLERICO, & aliis; conf. SCHAEVIUS in Decade Diſſert. Philol. de *Orig. LL.* Diſſ. I. qu. 10.

(g) Succeſſivam enim linguæ alicujus mutationem rem eſſe plane naturalem, pluribus oſtenderunt BIBLIANDER de *Ratione communi Linguarum & litterarum* p. 46. ſeq. BOXHORNIUS in *Orig. Gall.* c. 3. p. 92. WALTONUS in Prolegom. ad *Bibl. Polygl.* c. 1. §. 18--20. BESOLDUS de *LL. ortu atque immutatione* c. 16. ſeq. SCHMIDIUS de *LL.* Exercit. I. c. 4. §. 4-6. BODINUS in *Methodo Hiſtor.* c. 9. TH. HAYNE in Diſſ. de *LL.* poſit. 3. & 4. BORRICHIUS de *Cauſis diverſ. LL.* §. 7. ſeq. SCHAEVIUS l. c. Diſſ. 3. HAVEMANNUS in *Methodo* Sect. II. c. 2. LIPSIUS *Epiſt.* Cent. III. ep. 44. VITRINGA in *Obſ. S.*

ſententiam propendent PERIZONIUS in *Origin. Babylon.* p. 115. WOLFIUS in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 632. Ven. REIMMANNUS in *Hiſtoria Literar. Antediluv.* p. 45. J. D. KIESLING in Diſſ. I. Generali de *Dialectis Hebr. puris* p. 6. & 13. J. A. EGENOLFFUS in Diſſ. de *initio diſcrepantiæ LL.* §. 5. ſeq. H. MUHLIUS in Diſſ. de *origine LL.* p. 22. ſeq. H. SCHÆVIUS in Decade Diſſ. Philol. de *Orig. LL.* Diſſ. 2. qu. 2. & Celeb. MICHAELIS in Diſſ. de *Vocum Seminibus* c. 2. §. 9. & 10. Sive eidem nonnihil labis ex Protoplaſtorum peccato adhæſerit, cum & ipſe homo per lapſum mutationem ſubierit, ſapientia mirificisque animi dotibus deperditis: quod placet LOESCHERO de *Cauſis L. Ebr.* L. I. c. 5. §. 1. & SAM. WERENFELSIO in Diſſ. de *Loquela*, quæ exſtat in ejus Opuſculis, p. 766. Contra, Hebraicam linguam ab initio ad eum, quo hodie in Codice S. legitur, modum nequaquam ſe habuiſſe, ſed rudem admodum ac valde ambiguam primis hominibus linguam indidiſſe Deum, quæ mortalium demum ex ingenio ſuam nacta ſit elegantiam ac perſpicuitatem, contendit RICH. SIMON in *Hiſtor. Crit. V. T.* c. 15. quem merito explodit CARPZOVIUS in *Critica S.* V. T. P. I. p. 211. Utut ſit, hac mutatione ſuppoſita, facile 1) patet, cur *Nomina Animalium*, ab ipſo Adamo ſolenni ritu impoſita Gen. 2, 19. 20. atque inſtar Nominum Propriorum, veluti totidem ſummæ ejus ſapientiæ monumenta, a poſteris conſervata, ab aliis recentioris uſus Nominibus tantopere differant; 2) ratio reddi poteſt multarum anomaliarum Grammaticarum, maxime in *Nominibus*

L. I. Diſſ. I. c. 6. Cl. ECKARDUS in *Technica S.* p. 118. & alii plures apud SCHÆVIUM l. c. Diſſ. 2. qu. 2.

tibus Numeralibus: qua de re in Grammatica dispiciendum.

§. VI.

Ad *Significationem Nominum Formalem* felicius eruendam requiritur accurata significationis Verborum distinctio.

Differentia Actionum optime unum principiorum Grammaticalium ponitur ab ABRAHAMO de BALMES in מקנה אברם c. 5. cujus judicium ibidem de Grammaticis, hoc discrimen negligentibus: לפי שלא עיינו בזה רב המדקדקים טבעו במים שאין להם סוף ולא ידעו לצאת: etiam de illis valet, qui de inquirenda *Significatione Formali* cogitant, neglecto significationis Verborum discrimine. Neglectum ejusdem differentiæ etiam Interpretes in multa præcipitia misisse, notat Ven. LOESCHERUS l. c. L. II. c. 7. §. 2.

§. VII.

Hebræi Verbum distinguunt in יוֹצֵא vel נוֹהֵג i. e. TRANSITIVUM, & in עוֹמֵד sive בּוֹהֵג, al. בִּלְתִּי יוֹצֵא, h. e. INTRANSITIVUM sive NEUTRUM (h). Illud est, cujus הפעולה יוצאת ממנו לזולתו: *Operatio*

(h) Paradoxum est assertum HAENERI in *Observat. Philol. Crit.* §. 20. nulla apud Hebræos dari *Verba Intransitiva* sive *Neutra*.

tio exit ab eo in aliud, ut שמר *cuſtodivit;* hoc vero, cujus הפעולה עומדת בגוף ולא יוצאת לזולתו: *Operatio conſiſtit in perſona agentis, nec tranſit in aliam*, ut הלך *abiit*. Vid. ELIAS LEV. in ספר הבחור Orat. I. Fundam. I. §. 2. Sed hæc *Verbi Intranſitivi* deſcriptio inſufficiens eſt. Nam illud revera quadruplex eſt: I. ACTIONIS INTRANSITIVÆ, ut ישב *ſedit;* II. PASSIONIS, ut נמס *diſſolutus, liquefactus eſt;* III. QUALITATIS, ut ישר *rectus fuit;* IV. STATUS, ut מלך *rex fuit* (i).

§. VIII.

His de Verborum ſignificatione ſequentes addimus Canones.

I. *Verba Affectuum* diverſo reſpectu & *Tranſitiva* ſunt & *Intranſitiva.*

Talia Verba ſunt e. g. רחם. פחד. ירא. חפץ. חנן. זעם &c. *Intranſitiva* ſcil. ſunt, quando ipſum Subjectum conſideratur ut patiens Affectûs, quomodo cum ב, ל, אֶל, על & מִן conſtrui ſolent: Germanice ſic Reciproce efferuntur,

(i) Talia *Verba Status* apud Græcos in εύω terminari ſolent, ut βασιλεύω, δουλεύω, κυριεύω, ἱππεύω, *ſum rex, ſervus, dominus, eques*, &c.

runtur, ut ich erbarme mich, ich fürchte mich, &c. *Transitiva* vero sunt, quando Affectus spectatur ut effectum suum in Objecto quodam exserens, quo pacto Nomen Accusativi Casus recipiunt.

II. *Transitiva* quædam etiam *Intransitive* sive *Reciproce* & *Passive* significant, ut נזר *separavit* & *separavit se*, קרם *obduxit* Ezech. 37, 6. & *obductus est* vers. 8. גלה *revelavit, denudavit*, & *denudavit se*, de gramine, i. e. *provenit, viruit*, Prov. 27, 25. conf. התערה de arbore Ps. 37, 35. Huc præsertim pertinent Verba *Accendendi* & *Urendi*, ut בער. דלק. יצת. קרח &c. Conf. DANZIUS in *Interprete Ebræo-Chald.* §. 78. & NEUMANNUS in *Genesi L. S.* c. 2. §. 9. Talia Verba etiam Græci habent, ut ἄγω *duco*, it. *eo*, q. d. *duco me* vel *ducor*, cum Compositis ἀνάγω, ἐξάγω, ὑπάγω &c. sic κάμπτω cum Compos. ἀνακάμπτω & ἀποκάμπτω; περιτρέπω, προσκόπτω, ἀνατέλλω, καθίζω &c. Et Latini, ut *vario*, *verto*, *volvo* &c. Plura vid. apud FESSELIUM in *Adversar. S.* L. I. c. 15. & VOSSIUM de *Analogia* L. III. c. 3. conf. STOCKIUS in *Interpret. N. T.* §. 71.

III. Habent Hebræi quoque Verba, quæ PRÆGNANTIA dici possunt. Talia sunt (k)

1. Quæ & *Qualitatem* & *Actum*, Qualitatis Effectum, connotant (l), ut בין *prudens fuit* & Transit. *intellexit.* Huc

(k) Præter ea, quæ habent BOOTIUS in *Animadvers.* L. I. c. 10. GLASSIUS in *Philologia S.* L. III. Tract. 3. Can. 2. & 14. GATAKERUS in *Advers. Miscell.* c. 31. PFEIFFERUS in *Thesauro Hermeneut.* Can. 85. & ex instituto I. M. SONTAG in Dissert. de *Verbis Hebræorum Prægnantibus.*

(l) Verba *Qualitatis* interdum *Transitivum* quid secum ferre, etiam monet LOESCHERUS de *Causis L. Ebr.* p. 382.

Huc præsertim pertinent Verba *Splendoris* & *Acuminis*, e. g. חרץ *acutus fuit*, it. *secuit*, *exscidit*; maxime Verba *Roboris* & *Violentiæ*, ut חזק. עצר vel ערץ. עשק. פרץ. רהב. תקף; sic חמס Arab. *vehemens*, *validus fuit*, Hebr. *violenter tractavit* vel *abripuit*, עז Hebr. *robustus*, *durus fuit*, Æthiop. *duriter tractavit* vel *obruit*, עצם *robustus fuit*, Samar. *vim intulit*, *ursit*, *pressit*. Simile quid de שדד observat VITRINGA in Comment. ad Jes. 13, 6. T. I. p. 403. Sic Græc. ὑβρίζω *injurius*, *insolens sum*, & Transitive, *injuriâ afficio* &c.

2. Quæ præter simplicem Actum etiam ejus *Consequens* vel *Actum Consequentem* exprimunt, ut יקש totum actum aucupis exprimit, scil. *positionem laqueorum*, *insidias & illaqueationem*. Talia Verba etiam Latini atque Græci habent. Apud Æthiopes similia observat LUDOLFUS *Gram.* L. II. c. 5. §. 7.

3. Quæ præter τὸ *esse* etiam τὸ *fieri* significant, ut היה *fuit* & *factus est*, נפל *jacuit* & *cecidit*, q. d. *jacens factus est*, קנה *possedit*, *habuit*, it. *acquisivit*, q. d. *possessor factus est*, ירש *possedit* & *occupavit*, שכב *cubuit* & *cubitum ivit*. Similia in Æthiopismo notat laudatus LUDOLFUS l. c. n. 3.

IV. Hebræi non habent *significationes ejusdem Radicis contrarias* (m); sed vel diverso respectu ab eodem Nomine formatas (n), vel

(m) Ejusmodi *Antiphrases* merito inter Defectus linguæ Hebraicæ referuntur; vid. LOESCHERUS l. c. L. I. c. 10. §. 4.

(n) Qualia Verba etiam Græci habent, ut συκάζειν, *ficus colligere*, *ficus premere* & *ficus edere*, à σῦκον *ficus*; conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. p. 384.

vel in generaliori quadam notione conſpirantes (o), vel a radice cognata mutuatas.

Ut a שֹׁרֶשׁ *radix*, formatur Verbum in Pihel שֵׁרֵשׁ *radices egit*, & aliud שֵׁרֵשׁ *eradicavit*, diverſo ſaltem reſpectu; a קדשׁ *ſanctificari*, deſcendit קָדֵשׁ *ſcortator*, *cinædus*, ſed radix ex mente BOHLII & aliorum in genere notat, *ſeparari ab uſu communi ad peculiarem*; ירשׁ & *poſſidere* & *expellere* ſignificat, ſed ex confuſione cum radice cognata גרשׁ. Nam

V. Radices cognatæ non raro ſignificationes ſuas confundunt. Faciunt iſtud

1. *Verba Imperfecta*, quæ Formas ſuas miſcent, quod jam KIMCHIUS monuit in *Michlol* fol. 29. a. v. g. גור *commorari*, it. *colligere*, ut cognatum אגר, & *timere*, ut affine יגר. Plura exempla per omnes *Verborum Imperfectorum* claſſes congeſſerunt HILLERUS in *Gram. Hebr.* p. 179. ſeq. & DANZIUS in *Literat. Ebr. Chald.* p. 403. ſeq.

2. Alia quædam, ſono ſaltem cognata, ut בושׁ & באשׁ Prov. 13, 5. הִצִּיג & הִצִּיק in ſenſu *ſtatuendi*, זהר & זכר in ſenſu *admonendi*, חפר & חרף, vel ut vult COCCEJUS, חָוַר, in ſenſu *pudendi*, חתת & כתת in ſenſu *contundendi* & *frangendi*, יקר & ירק in ſenſu *virendi* vel *ſplendendi*,

 Pſ. 37,

(o) Quod paſſim inculcant Viri docti, ut HIER. KROMAYERUS in *Polymathia Theolog.* P. I. c. 10. VITRINGA in *Obſ. S.* L. III. c. 3. §. 13. REIMARUS de *Vocum Differentiis* Diſſ. I. Sect. 2. §. 6. Ven. D. MICHAELIS in *Gram. Hebr.* p. 187. RAMBACHIUS in *Hermeneut. S.* L. II. c. 7. §. 6. I. A. KROMAYERUS in Diſſert. præmiſſa *Specimini Fontium S. S. apertorum*, cap. 1. conf. WOLFIUS in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 632. Spectavit huc præter BÖHLII & GUSSETII inſtitutum, cœptum P. BERGERI in Diſſ. de *Antiphraſi S. S.* & SCHEVRERI in *Rizologia Hebr.* quibus addi poſſunt Doctiſſ. ALBERTI SCHULTENS Diſſertationes de eadem *Antiphraſi*, quas tamen videre mihi nondum contigit.

Pſ. 37, 20. Zach. 14, 6. Job. 31, 26. חשל & כשל in ſenſu *debilitandi*, נכר & מכר in ſenſu *tradendi* 1 Sam. 23, 7. coll. c. 12, 9. Jud. 2, 14. c. 3, 8. c. 4, 2. c. 10, 7. נשך & נשה in ſenſu *mutuo dandi*, נתש Jer. 18, 14. & נשת Jeſ. 19, 5. c. 41, 17. תמך & סמך in ſenſu *fulciendi*, בער & עבר in ſenſu *exardeſcendi* & *iraſcendi*, עוב & עוף in ſenſu *obſcuritatis*, עמר & מער Ezech. 29, 7. עצם & עצה in ſenſu *claudendi*, עצר & ערץ, פשט & פשה in ſenſu *diffundendi*, צר & צור in ſenſu *comprimendi*, צפן & צפה Pſ. 10, 8. Prov. 1, 11. 18. conf. Pſ. 56, 7. רמה & רבה in ſenſu *jaciendi*, רחב & רוח in ſenſu *ſpatioſitatis*, תעב & תאב Amoſ. 6, 8. אוה & תאה Num. 34, 10. Plura ſuppeditabit uſus. Sic ex Particulis confunduntur עַל & אֶל 1 Sam. 27, 10. 2 Sam. 13, 16. & Ezech. 9, 5. quod tamen alii negant; vid. COCCEJUS in *Lexico* ad voc. אודות, & NOLDIUS in *Concord. Particul. Hebr.* p. 815. not. (265.) & 268.).

§. IX.

Nomina ipſa ratione *Originis* vel PRIMITIVA ſunt vel DERIVATIVA.

Primitiva, ſi non plane nulla, tamen pauca ſunt: nam radice in Hebraiſmo deficiente, ad cognatas linguas recurrere licet. Caute vero in ejusmodi derivationibus agendum eſſe, graviter paſſim monent Eruditi, cum certum ſit, ſignificationem genuinam in linguis vicinis non raro penitus eſſe perverſam ac depravatam: confuſioni linguarum Babylonicæ id tribuunt LUDOLFUS in *Comment. Hiſtor. Æthiop.* p. 148. 149. & LOESCHERUS de *Cauſis linguæ Ebr.* p. 138. *Derivativa* ſunt vel *Verbalia*, quæ a Verbis deſcendunt, vel *Denominativa*, quæ ab aliis Nominibus forman-

formantur, ut רַגְלִי a רֶגֶל. Cæterum obſervandum hic eſt 1) in inflexione & uſu Nominum non ſemper attendi ipſorum originem, ut שְׁבִית pl. שְׁבִיתִים, quaſi ת radicale eſſet; ſic חֲמוֹר vi originis proprie eſt *aſinus rufus*, ſec. BOCHARTUM, deinde etiam quivis alius, שֵׁגַל *conjux*, vocabulum honeſtum a Verbo inhoneſto &c. conf. GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* p. 913. ad voc. אֱנוֹשׁ, & REIMARUS de *Vocum Differentiis* Diſſ. I. p. 58. 2) In Derivatione Nominum a Radice, maxime extranea, non raro intervenire *literarum Metathesin.* Transponitur enim interdum

1. Prima & ſecunda radicalis, ut בחר, pro quo in Kri exſtat חבר Eccleſ. 9, 4. (ex Arab. ubi خبر idem cum Hebr. בחר,) ראב & ארב *doluit*, ברק Arab. רבק *ſplenduit*, חוה Arab. وحى *indicavit*, כבש Arab. كبس *ſubegit*, כרע Arab. רכע *inclinavit ſe*, עמק Arab. מעק *profundus fuit* &c.

2. Secunda & tertia frequentius, ut בהל & בלה, חפר & חרף *probro affectus fuit*, חשל & חלש, זועה & זעוה, נזר & נרז, פצר & פרץ *urſit*, קהל & קלה 2 Sam. 20, 14. עברה & ערבה 2 Sam. 15, 28. c. 17, 16. חגר c. 22, 46. pro quo חרג Pſ. 18, 46. רזם Job. 15, 12. pro quo Aram. & Arab. רמז &c.

3. Prima radicalis in ultimum locum rejecta, ut בֶּרֶךְ Chald. רְכוּב Arab. رُكْبَة *genu*, עלף Arab. לפע *operuit* &c. Huc HILLERUS poſt GROTIUM refert לקח pro חלק Pſ. 68, 19. coll. Jer. 23, 31. & Nom. Propr. לִקְחִי 1 Chron. 7, 19. pro quo חֵלֶק exſtat Num. 26, 30.

4. Tertia radicalis primo loco poſita, ut חלש Arab. شحل, פתל Arab. לפת & לבת *contorſit.*

5. Tota denique Radix inversa, ut להקה pro קהלה 1 Sam. 19, 20. סָחִישׁ 2 Reg. 19, 29. pro quo recurrit שָׁחִיס Jes. 37, 30. רחם Æthiop. מחר *misertus est*, קלס Æthiop. סלק *irrisit*.

§. XI.

Nomina porro ratione *Figuræ* sunt vel SIMPLICIA, ut צֵל *umbra*, vel COMPOSITA, ut צַלְמָוֶת *umbra mortis*, ex צֵל & מָוֶת *mors*.

Appellativa Composita in Lingua S. temere quidam negant apud PFEIFFERUM in *Introduct. in Orient.* pag. 101. Nam 1) Hebraismi indoles ab ejusmodi Compositione minime abhorret, ut patet tum ex Nominibus Propriis, tum ex Verborum *Compositione* ex diversis Radicibus, Conjugationibus, Temporibus & Personis (p); imo & ex Particulis *Compositis*, quales sunt e.g. אֵיכָכָה ex אֵי vel אֵיךְ & כָּךְ, אֵיפֹה vel אֵיפוֹא ex אֵי & פֹּה. אִלּוּ ex אִם & לוּ. לוּלֵא ex לוּ & לֹא. אָכֵן sec. quosdam ex אַךְ & כֵּן. בִּלְעֲדֵי ex בַּל & עַד, q. d. *non ad*, i. e. *seorsim*, *sine*, *præter*, עֲדֶנָּה Eccles. 4, 2. ex עַד & הֵנָּה, אִילּוּ ex אִי & לוּ vers. 10. &c.

2) Etiam in aliis linguis Orientalibus, Hebrææ filiabus, dantur *Composita*: de Chaldaica & Syriaca vid. LUD. de DIEU in *Gram. Harm.* L. II. c. 4. HOTTINGERUS in *Gram. Chaldæo-Syr.* L. I. c. 7. HILLIGERUS in *Summario* L. A-

(p) De quibus vid. WASMUTHUS in *Hebraismo Restit.* reg. 43. GLASSIUS in *Gram. S.* Tr. III. Can. 31. PFEIFFERUS l. c. Diss. V. quæst. 10. DANZIUS in *Litterat.* p. 386. seq. & alii.

L. Aram. p. 42. & alii; in Æthiopica aliquot saltem exempla notat LUDOLFUS *Gram. Æthiop.* L. III. c. 9. Arabes quidem *Compositis* uti non memini; vid. tamen, quæ habet HOTTINGERUS in *Gram. Harmon.* Lib. I. cap. 7. sub finem.

3) Alioquin ejusmodi vocum pluriliterarum origo & literæ accessoriæ explicari commode nequeunt. Conf. NEUMANNUS in *Genesi L. S.* cap. 5. §. 28. Integrum vero *Compositorum* catalogum exhibet HILLERUS in *Gram. Hebr.* c. 12. & nos infra Sect. IX. c. 3.

§. XII.

Ratione *Formæ* Nomina diversimode sese habent. Sunt enim vel PERFECTA vel IMPERFECTA, NUDA vel AUCTA, LEVIA al. NON-DAGESSATA, vel GRAVIA al. DAGESSATA, vel denique GEMINATA.

Perfecta dicuntur, quæ tres literas radicales habent easque mobiles, ut דָּבָר; *Imperfecta*, quorum aliqua deficit aut quiescit, ut פְּרִי, נֵר. In reducendis autem his ad *Perfectorum* classes ita processi, ut minus *Imperfecta*, qualia sunt ultimâ saltem radicali quiescentia, eadem ferre cum *Perfectis* recensuerim, magis *Imperfectis*, quæ aliqua radicalium plane destituuntur, seorsim subjectis. *Nuda* sunt, quæ solis literis radicalibus constant, ut גָּדוֹל. עַם; *Aucta*, alias *Heemantica*, quæ habent aliquam vel plures ex literis servilibus א, ה, י, מ, נ, ת, voce memoriali

הַאֶמַנְתִּי (q) comprehensis. Inserviunt autem literæ illæ *Heemanticæ*

א ab initio, ut אֶגְרוֹף;

ה ab initio raro, ut הַצָּלָה, & cum ת, ut הִתְחַבְּרוּת. In fine est vel nudum indicium generis fœm. (vid. ISAACUS in *Gram. Hebr.* p. 57. seq.) vel *Paragogicum*, de quo in Grammatica. Nonnunquam etiam esse *Collectivum*, ut in דָּגָה, סוּסָה &c. more scil. Arabico, sententia est quorundam: quod tamen in aliis exemplis fallit.

י ab initio, ut יַלְקוּט, & a fine, ut תַּלְיִ.

מ ab initio frequentissime, ut מָקוֹם, a fine rárius, ut יוֹמָם.

נ ab initio rarissime, ut נַפְתּוּל, a fine sæpius, ut עֶלְיוֹן.

ת ab initio, ut תּוֹשָׁב, & cum ה, uti dictum. A fine est merum indicium generis fœm. (r) si excipias quædam *Denominativa* in וּת, de quibus vid. Sect. V. §. 4.

Nomina *Levia* sive *Non-Dagessata* vocantur, quæ a Conjugationibus *Non-Dagessatis* derivata, in secunda radicali

(q) Alii dicunt האמנתיו vel והאמנתי, addito ו, quod serviat in Derivatis quibusdam a Quiescentibus tertia radicali ה, ut עָנָו; sed illud ו pro ה radicali ponitur. Quidam addunt & ל, ut in לְבַר; sed hoc potius est *Præfixum*, in radicale quasi degenerans. De ח, quod nonnulli *Heemanticis* annumerant, vid. DANZIUS in *Literatore* p. 33. seq. ש quoque ex usu Aramæo interdum esse *Heemanticum*, ut in שַׁלְהֶבֶת pro לֶהֶבֶת, volunt LUD. de DIEU in *Gram. Harmon.* p. 68. HILLIGERUS in *Summario L. Ebr.* p. 42. HILLERUS in *Gram. Hebr.* p. 374. & in *Onom. S.* p. 125 Contra KIMCHIUS ad Joël. 1, 17. omittit ה, has literas vocans אמתין; existimat enim, ה non esse formatricem Nominum Verbalium: cui adstipulatur GENEBRARDUS in Notis ad CLENARDI *Tabulas Hebr.* p. 124. Quod de ה finali, non de initiali, conceditur.

(r) Mihi non videtur, ת in fine esse *Heemanticum*, cum in Plurali abjiciatur: MUNSTERUS in *Opere Grammatico* p. 68.

dicali non possident Dages forte; ut מֶלֶךְ; *Gravia* vero sive *Dagessata*, quæ a Conjugationibus *Dagessatis* derivata, in media radicali Dages forti notantur, ut שִׁלֵּם. *Geminata* sunt, quæ unam atque alteram literarum radicalium geminant: idque vel *explicite*, ut יְרַקְרַק, vel *implicite*, ut אוֹצָר; de quibus plura Sect.III.

§. XIII.

Ratione *Significationis* denique Nomina non minus varia sunt.

Est enim Nomen vel ACTIONIS, sive TRANSITIVÆ, ut הֶרֶג *cædes*, sive INTRANSITIVÆ, ut עֲטִישָׁה *sternutatio*, vel PASSIONIS, ut שְׁכוֹל *privatio*, vel STATUS, ut עַבְדוּת *servitus*, vel QUALITATIS, ut מֶתֶק *dulcedo*, vel EFFECTUS, ut דָּבָר *verbum*, vel OBJECTI *Actionis Transitivæ*, ut אֹהֶל *tentorium*, quod transfigi solet, vel SUBJECTI, idque vel *Actionis Intransitivæ*, ut פָּלִיט *qui evasit*, vel *Actionis Intensæ*, quod vulgo *Nomen Actoris* dicunt, ut גַּנָּב *fur*, vel *Passionis*, ut תִּבְלָה *res caduca*, a כלה. vel *Qualitatis*, ut חַצְרָן *acinus*, vel MEDII ACTIONIS, ut חֲגוֹר *cingulum*, vel LOCI, ut מַאֲבוּס *horreum*, vel INSTRUMENTI, ut מִזְרֶה *ventilabrum* &c. De distinctione Hebræorum in שמות העצם Nomina Substantiæ, in שמות הדבר *Nomina Rei*, & in שמות התאר *Nomina Formæ*, quia nihil huc facit, videantur alii.

§. XIV.

Præter hactenus dicta de Nominibus sequentes notentur regulæ.

1. Ad-

I. *Adjectiva* & *Participia* frequentissime *Substantive* usurpantur, & contra, *Substantiva* pro *Adjectivis:* unde nec mirum est, si Substantiva & Adjectiva eadem veniant Forma, ut זָהָב *aurum*, sed חָדָשׁ *novus*, eadem Forma. Conf. de Participiis Sect. IX. c. 1. §. 2.

II. SUBJECTUM ex Definitione Philosophorum est, *cui aliquid adjungitur & inhæret*, vel *de quo aliquid prædicatur*, ut יָצִיא *filius egressus ex lumbis paternis.* OBJECTUM dicitur, *circa quod Subjectum agens occupatur*, ut זְמוֹרָה *palmes*, est *Objectum* Actionis amputandi, in quod vinitor agit, sive in quo vinitor amputando occupatur. CONCRETUM vocant, *quod Attributum una cum Substantia*, sive *Subjectum cum Accidente* (i.e. Actione, Passione, Qualitate & Statu) *significat*, ut חָזָק *fortis;* ABSTRACTUM, *quod solum Attributum exprimit*, sive solam Actionem, Passionem, Qualitatem & Statum, ut חֹזֶק *fortitudo.*

III. Omnis *Actio Transitiva*, in *Objecto* considerata & ad patiens relata, revera etiam *Passio* est, ut טִבְחָה *mactatio*, *Actio* est respectu mactantis, *Passio* vero respectu illius, quod mactatur. Conf. GUSSETIUS in Præfat. ad *Commentar. L. Ebr.* pag. penult. n. 16.

IV. Hebræi præter alios Tropos magnopere amant *Metonymias;* vid. GLASSIUS in *Rhetorica S.* Tract. I. c. 1-4. Hinc 1.) nomine *Abstracti* frequentissime venit *Concretum*, ut אֹרֶךְ *longitudo*, it. *longus*, *Concretum* f. *Subjectum* longitudinis Exod. 34. 6. 2.) Nomine *Actionis Transitivæ* etiam notatur *Objectum*, in quod agitur, ut אַהֲבָה *dilectio*, *amor*, it. *Objectum amoris.* 3.) *Actio* quandoque sumitur pro *Effectu Actionis*, ut בְּשׂוֹרָה *annunciatio læta*, it. *præmium boni nuncii* 2 Sam. 4. 10. 4.) Nomen *Actionis*, *Passionis & Ef-*

fectus

fectus etiam tribuitur rei, qua mediante Actio, Passio & Effectus producitur, vel quæ ad Actionem, Passionem & Effectum producendum quocunque modo concurrit: *Actionis*, *Passionis* & *Effectus* MEDIUM in sequentibus vocabimus, ut מְלוֹא *impletio*, Metonymice *res*, *qua fit impletio*, קְבוּרָה *sepultura*, Actio sepeliendi, it. *sepulcrum*, quo fit sepultura, פַּעַם *agitatio*, it. *pes*, quo mediante corpus animale loco movetur &c.

Similes *Metonymiæ* etiam in aliis regnant linguis, ut in Latina, *opera* est *labor*, in Plur. *operæ* sunt *laboratores*, *magistratus* est status vel dignitas & persona magistratum gerens, *hiatus* Actio hiandi & locus hians, *lectio* Actio legendi & Objectum ejus, *partus* Actio pariendi & ejus Effectus, h. e. infans partu editus, *sepultura* Actio sepeliendi & locus, ubi sepelitur &c.

§. XV.

Superest, ut aliquid subjiciam de *Usu* laboris hujus nostri: qui utique varius est.

Nam ex *Significatione* nostra *Formali* 1.) apparet, quæ Nominum ab eadem Radice sub diversis Formis derivatorum sit differentia, e. g. quid differant אור & מָאוֹר, חֲלָךְ & תַּהֲלוּךְ: qualia Nomina, vulgo pro Synonymis haberi solita, collecta vid. apud HILLERUM in *Gram. Hebr.* c. 24. Hinc 2.) singulares vocum emphases elicere licet (s).

D 3.) Vo-

(s) In venanda Emphasi ad *Formas* quoque vocum diligenter attendendum esse, præcipiunt Ven. LOESCHERUS de *Causis L. Ebr.* p. 459. & Celeb. MICHAELIS in Dissert. de *Vocum Seminibus*, Coroll. 3.

3.) Vocabulis difficilioribus & controversis maxima lux affunditur; conf. DANZIUS ab initio Præfationis ad *Paradigm. Nom. & Verb.* 4.) Veræ vocum etymologiæ detegi & dijudicari possunt. 5.) Nomina Formæ dubiæ, maxime *Imperfecta*, classibus suis tutius associari possunt. 6.) Cognitio *Formarum* Nominum & significationis earundem insignem usum habet in lectione absque punctis, monente DANZIO l. c. & in *Rabbinismo Enucleato* §. 1. 7.) Ex *Significatione Formali* etiam judicium nonnunquam ferri potest de *Variantibus Lectionibus*: e. g. Deut. 23, 2. in quibusdam Codicibus legitur דַּכָּא pro *contritione*, sed Forma minime favente, (vid. Sect. VI. §. 11.) ut dudum observavit GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* p. 188. Legendum ergo דַּכָּה. 8.) Nominum Propriorum propria significatio ex ipsorum *Forma* accuratius definiri potest: exemplo sit עֵשָׂו, vi Formæ *pilosus pilosus*, i. e. *totus pilosus*, a rad. Arab. عثا *coma prolixa*, *crinibus longioribus fuit*, unde عَثَا *pilositas*, & أَعْثَى *pilosus*. 9.) Hæc doctrina magnum memoriæ affert subsidium, ut notat RHENFERDIUS in *Grammat. Oriental. Harmon.* §. 73. 10.) Γνησιότης & ἀκρίβεια Punctorum hac ratione non parum stabilitur. 11.) Universæ denique rei Grammaticæ in multis magna lux affunditur. Ut taceam plura.

SECTIO

SECTIO II.

DE

FORMIS NUDIS LEVIBUS

פָּקָד & פָּקוֹד, פָּקִיד, פָּקֵד.

SECTIO II.

DE
FORMIS NUDIS LEVIBUS
פָּקָד & פָּקוֹד, פָּקִיד, פְּקוֹד, פְּקָד.

CAPUT I.
DE FORMIS ILLIS IN GENERE.

§. I.

IN eruenda *Significatione Formali* commode initium fit a Simplicioribus. Talia vero ſunt Nomina *Nuda Levia*, quorum primam claſſem conſtituunt acuta illa, deſinentia in 5 Vocales longas, prima radicali poſſidente vel (ָ) vel (ְ): Formæ ſcil. 1. פָּקָד vel פְּקָד, 2. פָּקֵד vel פְּקֵד, 3. פָּקִיד vel פְּקִיד, 4. פָּקוֹד vel פְּקוֹד, 5. פָּקוּד vel פְּקוּד, (t) cum Fœmininis ſuis prima radicali Schevátis.

§. II.

(t) Hæc & ſimilia vocabula mere Technica ſunt, a Grammaticis ad deſignandas *Formas* adinventa.

§. II.

Differunt ergo inter ſe *Formarum* illarum tum ſingulæ claſſes in genere quoad ultimam Vocalem, tum unius ejusdemque claſſis exempla in ſpecie quoad Punctum primæ radicalis, quod, uti dictum, vel (ָ) eſt vel (:).

§. III.

Prius diſcrimen inde derivandum puto, quod primi linguæ autores & cultores in Derivatione Nominum ſimul rationem *Temporis* habuerunt. Id ſaltem factum in 4 *Formis* פֹּקֵד, פָּקִיד, פָּקוּד & פָּקָד a Verbis *Actionis* & *Paſſionis*, maximeque clarum eſt in Nominibus *Subjectorum* & *Objectorum*.

Secus ſeſe habent 1) Nomina a Verbis *Qualitatis* & *Status*, quæ quia *Temporis* reſpectum non admittunt, inter ſe non differunt. Sic e. g. קָטֹן & קָטוֹן *parvum*, מָתֹק & מָתוֹק *dulce* notat, nullo diſcrimine. 2.) Forma פָּקֵד, in qua ratio habetur ſingularis cujusdam *Affectus* & *Defectus* vel hujus contrarii.

§. IV.

Alterum diſcrimen, primam radicalem vel Kametzatam vel Schevatam concernens,

inde eſt, quod alia Nomina ſunt *Abſtractorum*, ſive *Actionum*, *Paſſionum* & *Qualitatum*, alia *Concretorum* ſive *Subjectorum* & *Objectorum* (u). Quod ut magis pateſcat, ſequenti ſchemate declarabo.

Formæ prædictæ *Nudæ Leves* (*) prima radicali

- *Kametzatæ*, exprimunt
  - a Verbis *Tranſitivis*, *Objectum Actionis*.
  - a Verbis *Intranſitivis*, *Subjectum* ſive *Concretum*.
- *Schevatæ*, tam maſc. quam fœm. notant
  - *Proprie*, *Abſtractum*, i.e. ipſam *Actionem*, *Paſſionem*, *Qualitatem*, *Statum*.
  - *Metonymice*,
    1. ſi Verbum ſit *Tranſitivum*, *Objectum Actionis*.
    2. ſi Verbum *Intranſitivum*, *Concretum* ſ. *Subjectum Actionis*, *Paſſionis*, *Qualitatis*, *Status*.
    3. ſive Verbum ſit *Tranſit.* ſive *Intranſit.* *Medium Actionis & Paſſionis*, coll. Sect. I. §. 14. reg. 4.

(*) Secus ex parte ſeſe habet Forma קטל, de qua infra c. 6. ſpecialius.

(u) Conferri hic merentur, quæ diſſerit NEUMANNUS in *Clave Domus Heber* P. III. p. 81. Axiom. 14.

CAPUT

CAPUT II.

DE FORMA פָּקֵד IN SPECIE.

§. V.

Singularis usûs est, quam reliquis præmittere placet, Forma פָּקֵד. (x) Usurpatur nimirum ea, I. ubi indicatur VITIOSITAS quædam, sive PHYSICA, ut חָמֵץ *acidus, fermentatus,* sive MORALIS, ut עָצֵל *piger,* it. DEFECTUS & PRIVATIO qualiscunque, ut חָדֵל *cessans,* יָגֵעַ *fessus,* יָחֵף *nudus pedibus,* שָׁכֵחַ *obliviscens:* quo etiam perti-

(x) Hæc a quibusdam pro mere *Participiali Chaldaica* reputatur: quam sententiam pluribus tuetur NOLDIUS in *Concord. Particul. Hebr.* p. 1067. not. (1882.) quamque confirmare videtur convenientia hujus Formæ cum Participio Verborum Quiescentium media radicali Formæ קָם. Sed tamen quo minus hæc Forma פָּקֵד ad Chaldaismum simpliciter referatur, obstat partim ejus Significatio, partim ejus Inflexio: nam Participium Chald. (ָ) penultimum in incremento retinet, pereunte (ֵ), ut פָּקְדִין, at Forma Hebraica illud amittit, hoc servato, ut פְּקֵדָה. Etsi negari non possit, aliquot saltem exempla significatione Chaldaismum imitari, ut שָׁכֵחַ, מָלֵא, יָרֵא &c.

pertinent a) ABSENTIA & POSTERIORITAS, ut אֲבֵדָה *perditum,* רָחֵק *se elonginquans,* עָקֵב *pars pedis postrema, calcaneus;* b) CONSUMTIO, ut מָזֶה *consumtus,* spec. quæ fit igne: unde Nomina *Combustionis,* בְּעֵרָה, שְׂרֵפָה, עָשָׁן &c. c) SEPARATIO vel SECTIO & DESTRUCTIO (y), ut טְרֵפָה *discissum, dilaceratum,* קָצֶה *extremum,* q. d. *præcisum,* הֲפֵכָה *subversio* &c.

II. Ubi innuitur VITIOSITATIS, DEFECTUS & PRIVATIONIS CONTRARIUM, scil. a) VIRTUS, sive PHYSICA, ut יָפֶה *pulcher,* sive MORALIS, ut שָׁלֵם *integer;* b) PRÆSENTIA & PRIORITAS,

(y) Vocabula *Secandi* passim etiam sensum habent *Destruendi,* ut Nomina צְמִיתוּת, קֶטֶב, מְלֵחָה, גְּזֵרָה, בַּתָּה vel בָּתָה, Verba גדד, חצב, חרם, כרת, ערף, גרר Prov. 21, 7. גרע Jud. 21, 6. &c. Sic Græc. *τέμνειν* & Lat. *exscindere* &c.

RITAS, ut קָרֵב *appropinquans*, חָזֶה *pectus*, pars corporis anterior in oculos cadens; c) POSSESSIO, ut יְרֻשָּׁה *hæreditas*; d) COPIA (z) & INCREMENTUM, ut דָּשֵׁן *pinguis*, חָזֵק *invalescens*; e) CONJUNCTIO & CONFIRMATIO, (Contrarium *Separationis*,) ut דְּבֵלָה *palatha*, massa ficuum compactarum, דָּבֵק *adhærens*.

III. Ubi subest AFFECTUS ANIMI, ut TRISTITIÆ & IRÆ, אָבֵל *lugens*; זָעֵף *indignabundus*; TIMORIS, יָרֵא *timidus*, *timens*; GAUDII, שָׂמֵחַ *lætus*; AMORIS, DESIDERII & VOLUPTATIS, חָפֵץ *desiderans*, *sc. delectans*; STUDII, מְהֵרָה *festinatio*, &c.

(z) Talia Nomina *Copiæ* apud Latinos desinunt in *osus* & *lentus*, ut *montosus*, *succulentus*, apud Græcos in *ώδης* & *όεις* vel *ήεις*, ut *πετρώδης lapidosus*, *αἱματόεις sanguinolentus*, *ἀκανθήεις spinosus*.

Triplex illa causa ipsis quoque Verbis non raro eandem impressit punctationem, quæ cum Nominibus collata, sententiam nostram mirifice confirmant. Ad primam classem pertinent אָפֵס *defecit*, אָשֵׁם *reus fuit*, זָקֵן *senex fuit* vel *factus est*, חָדֵל *desiit, cessavit*, חָנֵף *hypocritice egit*, חָסֵר *defecit*, חָצֵב *excîdit* Jes. 5, 2. טָמֵא *impurus fuit*, יָבֵשׁ *aridus fuit*, נָבֵל *marcuit*, עָשֵׁשׁ *corrosus, consumtus fuit*, קָמֵל *exaruit*, שָׁכֵחַ *oblitus est*, שָׁמֵם *desolatus est*, שָׁפֵל *humilis fuit*. Ad secundam classem pertinent בָּצֵק *intumuit*, גָּבֵר *invaluit*, גָּדֵל *crevit, magnus fuit vel factus est*, דָּבֵק *adhæsit, cohæsit*, דָּשֵׁן *pinguefactus est*, טָהֵר *purus fuit*, יָרֵשׁ *possedit*, כָּבֵד *gravis fuit*, spec. divitiis, לָבֵשׁ *vestivit*, (conf. contrà Nomen יָחֵף) מָלֵא *plenus fuit*, נָעֵם *amœnus, suavis fuit*, עָצֵם *invaluit*, קָדֵשׁ *sanctus fuit* Num. 17, 2. צָלֵחַ *felix, prosper fuit* Jer. 12, 1. שָׂבֵעַ *satur fuit vel factus est*, שָׁכֵן *habitavit*. Ad tertiam classem pertinent אָהֵב *amavit*, חָפֵץ *voluit, delectavit se*, חָפֵר *pudefactus est*, יָרֵא *timuit*, צָמֵא *sitiit*, רָעֵב *esurivit*, שָׂמֵחַ *gavisus est*, שָׁמֵעַ *studiose, lubenter audivit, obedivit*, שָׂנֵא *odit*. Facile tamen concedo, hæc omnia per universam linguam non esse perpetua, cum & in aliis Formis dentur Nomina *Affectuum*, *Defectuum* & his Contrariorum, ut סָכָל *stultus*, בָּרִיא *pinguis*, יָגוֹר *timidus* &c. Quod nemini mirum videbitur, qui consideraverit, pleraque Nomina Verbalia originem suam debere non eidem autori, non doctis, sed, ut fieri solet, vulgo, analogiæ parum studioso & voces non semper Critice efformanti, ut loquar cum GUSSETIO in *Comment. L. Ebr.* p. 186.

§. VI.

§. VI.

Singula hujus Formæ exempla sequenti ordine exhibemus.

I. Masculinum פָּקֵד (α) cum Fœmin. פְּקֵדָה vel פְּקֵדֶת (β)

a) a Verbis *Actionis Transitivæ*, notat OBJECTUM ACTIONIS.

אָזֵן pl. אֲזֵנִים Deut. 23, 14. quævis *instrumenta acuta: arma*, ut Aram. זִין, a radice inusit. אזן *acuere*; conf. suo loco אָזֵן. Sed *ornamenta* intelligit Celeb. SCHULTENS in *Animadvers.* ad Proverb. 17, 4. coll. rad. Aram. & Arab. זין *ornare*. — ***Virtus physica, sc. acumen, cujus oppositum vitium est obtusio s. hebetudo.***

גָּדֵר f. גְּדֵרָה & גְּדֶרֶת *septum, maceries, murus* horto, vineæ, ædificio circumductus, ex lignis, lapidibus, luto &c. firmiter compactus, rad. *maceriem struere* Ezech. 13, 5. c. 22, 30. Hos. 2, 8. *sepire*; Arab. *parietem circumducere*, it. *corroborare: pariete circumducto munire.* — ***Privatio & Separatio; vel Conjunctio & Confirmatio.***

גָּזֵל f. גְּזֵלָה *raptum*, rad. *rapere.* — ***Privatio.***

חָזֶה *pectus*, pars corporis anterior & exstantior, proprie, ex observatione GUSSETII, a vultu ad ventrem — ***Præsentia, Prioritas.***

usque

(α) Quiescentia tertia radicali ה pro (¨) habent (ֶ), ut חָזֶה, sicut in Particip. præs. pro גּוֹלָה est גּוֹלֶה. Sed in Regimine redit (..).

(β) Quod Fœmininum vel per Motionem formatur, vel copiæ linguæ tribuendum est.

OBJECTUM ACTIONIS.

usque, *quæ primum in oculos cadit & videri potest*: usurpatur enim de solo pectore brutorum; a rad. חזה *vidit, aspexit.*

Privatio & Separatio; vel Possessio. חָצֵר *atrium*, it. *villa*, locus septus & clausus, rad. Arab. *arcte circumdedit*, Æthiop. *vallavit.* Convenit Chald. חטר *sepsit*, Arab. *prohibuit*, *seclusit.* Aliis est ab Arab. حضر *incoluit* locum.

Sectio. יָגֵב *ager*, *arvum*, a *secando* i. e. *arando* (γ), Formam habet a יגב, sed significationem ab inusit. גוב, Arab. جاب & جبّ, *secuit*, *fidit.*

Conjunctio & Confirmatio. יָתֵד *paxillus*, *clavus*, sic dictus, quod *firmiter impingatur*, rad. Arab. وتد, alias وطد, *firmiter adegit impegitque.*

כָּתֵף *scapula*, brachio, thoraci atque costis *firmiter juncta & alligata*, rad. Arab. & Æthiop. *firmiter ligavit*, alias Arab. כתב, it. Chald. תכף *annexuit, conjunxit.* Conf. suo loco אָצִיל.

Consumtio. מָזֶה *exhaustus*, *exsuctus*, *consumtus*, COCCEJUS confert מצה *exsuxit*, SCHULTENS Arab. مزّ, alias مصّ Hebr. מצץ, id.

סָנָה

(γ) Verba *Secandi* ad *Arationem* referuntur, ut חרש, פתח; Arab. خدّ, خرق, فلح. Sic Græc. *τέμνειν* vel *διατέμνειν ἄρουραν*, Lat. *scindere*, *proscindere*, *findere terram*, unde *γεωτόμος* vel *γητόμος* *agricola* &c. Conf. גְּדוּד, תֶּלֶם & בָּקָר.

OBJECTUM ACTIONIS.

מָנָה *mina*, *libra*, Arab. مَنّ, quod eſt a rad. منّ *Sectio vel* *præcidit*, *decîdit*, Hebr. מנה *definivit*, proprie *ſeparavit*, *ſe-* *Separatio.* *gregavit* unum ab altero, ut obſervat KOERBERUS in *Lexico Particul.* p. 74. Verba *Secandi* etiam ſenſum habent *Definiendi;* conf. infra פְּלִילָה, חָרוּץ &c.

נָוֶה fœm. נָוָה & (alternantibus א & ו) נָאָה, *locus*, *Poſſeſſio.* *qui inhabitatur*, ut 1.) *habitaculum*, quod ab hominibus incolitur, 2.) *caula: paſcuum*, in quo pecudes degunt, rad. נוה *habitavit*, *inhabitavit*, Tranſitive, ut שכן Pſ. 94, 17. Prov. 2, 21. c. 8, 12. &c. & ישב Pſ. 80, 2. conf. Zach. 2, 8. unde & יָשׁוּב *habitatus* Jer. 40, 5. (ſec. conjecturam Cl. OEDERI in *Obſervat. S.* XXI.) alias נוֹשָׁב. Aliud vid. infra.

נָכֶה f. נְכָאָה (mutata tertia rad. ה in א,) *fractus*, *Separatio,* *contritus*, *læſus*, rad. נכה, Syr. & Arab. נכא *nocuit*, *læſit*, *Destructio.* *percuſſit*, unde Hiph. Hebr. הִכָּה id.

קָצֶה f. קָצָה *finis*, *extremum*, q. d. *præciſum:* ubi *Sectio vel* enim res præciditur, ibi ejus finis eſt, dicente BUX- *Defectus.* TORFIO in *Lexico* ad h. v. rad. קצה *præcidit*, *abſcidit*.

רָזֶה f. רָזָה *emaciatus*, *extenuatus*, rad. רזה *ema-* *Conſumtio.* *ciavit.*

* * *

b) A Verbis *Intranſitivis*, notat CONCRETUM ſive SUBJECTUM ACTIONIS, PASSIONIS, QVALITATIS & STATUS.

CONCRETUM f. SUBJECTUM ACTIONIS,

Affectus Tristitiæ. אָבֵל *lugens*, rad. *lugere.*

Posterioritas. אַחֵר (unde pl. אֲחֵרִים f. וֹת,) *alius, alter*, qui primo posterior est & illum sequitur, rad. *moratus est*, Arab. *posterior fuit.* Sed אַחַר vid. inter Dagessata.

Virtus moralis. אָמֵן *verus, verum*, & Adverb. *vere* (δ), rad. אמן *firmus, verus, fidelis fuit*, it. *fideliter egit*, spec. *nutriendo, educando*, hinc *nutrivit, educavit*, (sic FORSTERUS, AVENARIUS & MAJUS,) in Niph. *firmus, verus factus est, confirmatus fuit*, in Hiph. *fidum, verum habuit, credidit.* Alii aliter, quorum sententias collegit HEESERUS in *Lapide Adjutorii* ad h. v.

Defectus & Privatio. אָפֵל *obscurus*, proprie *serotinus;* vid. cap. seq. 4. אֲפִילוֹת.

Vitiositas moralis. אָשֵׁם *reus*, it. *qui luit*, (Participialiter, Esr. 10, 19. ex Chaldaismo,) rad. *reum esse vel fieri: luere.*

אָשֵׁר masc. inusit. (unde tamen pl. אֲשֵׁרִים,) f. אֲשֵׁרָה & אֲשֵׁירָה *nemus*, Lust-Wald, *lucus*, qualis *lætissimus* dicitur a VIRGILIO *Æneid.* Lib. I. v. 445. sec. MEIBOMIUM in *Interpretat. Nov. Specim.* III. pag. 14. seq. *Virtus physica.* proprie *sylva arborum rectarum & procerarum*, maxime *cupressorum*, ex quibus Syriæ luci fere constabant: quam sententiam laudant MAJUS ad COCCEI *Lexicon* p. 8. & CLERICUS ad 1 Reg. 14, 15. sed rejicit HILLERUS in *Hierophyt.* P. I. p. 81. Rad. אשר proprie *rectus, erectus fuit, erecte incessit,*

(δ) Jes. 65, 16. אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus Amen*, h. e. cui postulanti gratiarum actionem & gloriam, convenit responderi Amen: COCCEIUS in *Lexico.* Vel *Deus veri*, i. e. *veritatis.*

cessit, it. *felix fuit*, Arab. *valde lætus fuit: lætitiâ exsultavit*, Metaphor. *lætior in altum sese extulit* (arbor vel planta). Sic Græc. ἄλσος derivant ab ἄλλομαι, Lat. *saltus* & *salix* a *salio*. Conf. suo loco אִלָּן & הֲדַס (e).

בָּלֶה f. בָּלָה *vetus*, rad. *vetustum esse vel fieri*, *consumi*. *Defectus & Consumtio.*

בָּצֵק *massa*, farina subacta fermento *intumescens*, rad. *intumuit*. *Incrementum.*

בָּשֵׁל f. בְּשֵׁלָה *coctile*, *coctum*, rad. *coctus fuit*. *Combustio.*

גָּדֵל *magnus: qui fit magnus*, *crescens*, rad. *magnum esse vel fieri*. *Copia & Incrementum.*

דָּבֵק *conjunctus*, *adhærens*, rad. *adhæsit*, *conjunctus fuit*. *Conjunctio.*

דָּוֶה f. דָּוָה *languidus*, *infirmus*, *ægrotus*, rad. דוה Syr. *doluit*, Arab. & Æthiop. *infirmus*, *ægrotus fuit*. *Vitiositas physica.*

דָּיֵק *machina bellica præpilata*, qua muri & portæ urbium perfringebantur & perforabantur: *aries*, vel (quia a כַּר distinguitur Ezech. 4, 2.) alia similis machina, quales Græcis sunt ἑλέπολις 1 Macc. 13, 43. βελόςασις & σκορπίδιον c. 6, 51. (ad quæ loca conf. DIETERICUS in *Antiquit. Bibl.*) Lat. *scorpio:* quoniam aculeum habebat desuper erectum, teste AMMIANO L. 23. conf. BOCHARTUS in *Hie-* Conf. supra אֵיִן.

(e) אֲשֵׁרָה nonnunquam etiam pro *simulacro* vel *statua* venire, sententia est quorundam, ut SELDENI, SPENCERI, CLERICI, DALAEI, VITRINGAE: sic vero à radice Arab. in sensu *secandi* & *serrandi* derivat I. F. MAYERUS in Dissert. de *Reformatione Josiæ Regis ab idolo* אשרה, c. 1. §. 17.

CONCRETUM f. SUBJECTUM ACTIONIS,

Hieroz. P. II. p. 645. Dicitur autem דַּיִק pro יָדֵק, ficut עֵיף pro יָעֵף, a rad. Arab. وتق *acutus fuit.* HOTTINGERUS in *Analyfi Jobi* c. 4, 19. Syrifmum fubeffe putat, pro דָּקֵק a דקק, vel potius a דוק, *comminuere;* fed Formæ minus convenienter.

Copia & Incrementum. דָּשֵׁן *pinguis,* rad. *pinguem effe vel fieri.*

הָרֵה inufit. unde fœm. הָרָה *gravida, prægnans,* rad. *concipere, gravidam fieri.*

Affectus. זָעֵף *indignabundus,* rad. *indignari.*

Conf. fupra בָּלָה. זָקֵן *fenex,* f. זְקֵנָה *anus, vetula,* rad. *fenem effe vel fieri.*

Conjunctio. חָבֵר *focius,* f. חֲבֵרָה & חֲבֶרֶת *focia,* rad. *junxit, confociavit,* it. *junxit fe, confociavit fe.*

Defectus. חָדֵל *ceffans, definens, intermittens,* rad. *ceffare, definere.* Semel ex Arab. *defertus* Jef. 53, 3.

Incrementum. חָזֵק Exod. 19, 19. *invalefcens,* rad. *fortem effe vel fieri, invalefcere.*

Virtus phyfica. חָיֶה inufit. unde fœm. pl. חָיוֹת Exod. 1, 19. *vividus, vegetus, fanus,* rad. חיה proprie *fanus, vegetus, vividus fuit,* ut Æthiop. ሐየወ: & Arab. حي, & hinc *vixit.* Sic Græc. ζῆν *vivere,* it. *fanum effe, valere* Joh. 4, 50. Conf. חַי.

Conf. fupra דָּשֵׁן *& infra* שָׁמֵן. חָלֵב (unde fec. GUSSETIUM conftr. חֲלֵב,) *lac,* a *pinguedine,* alias חָלָב, ab inufit. חלב, pro quo Arab. dicitur חלם *pinguis fuit,* ם & ב permutatis. Huc HILLERUS in *Hierophyt.* P. I. pag. 205. refert חבל Jef. 10, 27. quod

PASSIONIS, QVALITATIS, STATUS.

quod fit pro חלב, transpositis literis. Conf. חָלָב vel חֵלֶב Sect. V.

חָמֵץ *fermentatus*, *acidus*, rad. *fermentari*, *acescere*. *Vitiositas physica.*

חָנֵף *hypocrita*, *profanus*, rad. *profanus fuit*, *hypocritice egit*. Sed significatio *inquinandi* videtur esse a cognato טנף; conf. Sect. I. §. 8. reg. 5. *Vitiositas moralis.*

חָסֵר *carens*, *indigus*, rad. *egere*, *carere*. *Defectus.*

חָפֵץ f. חֲפֵצָה *volens*, *desiderans*, *se delectans*, *lubens*, rad. *velle*, *desiderare*, *optare*, *delectari*. *Affectus.*

חָרֵב f. חֲרֵבָה, bis חָרֵבָה Ezech. 36, 35. 38. (distinctionis ergo, sec. GUSSETIUM; conf. simile Nomen Proprium Jos. 19, 38) *desolatus*, *vastus*, *siccus*, rad. *siccum esse vel fieri*, *desolari*, Metaphorice *stupere*. *Defectus, Destructio.*

חָרֵד *trepidus*, *sollicitus*, rad. *tremere*, *terreri*, *sollicitum esse*. *Affectus.*

חָרֵר (pl. חֲרֵרִים Jer. 17, 6.) *adustum*, *torridum*, rad. *aduri*, *exardescere*. *Combustio.*

טָמֵא f. טְמֵאָה *immundus*, rad. *immundum esse*. *Vitiositas.*

יָבֵשׁ f. ה, *aridus*, rad. *aridum esse vel fieri*. *Defectus.*

יָגֵעַ *fessus*, *defatigatus*, (ς) rad. *laboravit*, *sese defatigavit*. *Defectus, Privatio.*

(ς) Per Metalepsin etiam de verbis dicitur Eccles. 1, 8. כל־ הדברים יגעים לא יוכל &c. *nulla verba fessa potest quispiam loqui*, i. e. non satiatur loquendo. כָּל־לֹא explicandum per *nullus*, ut alibi.

CONCRETUM ſ. SUBJECTUM ACTIONIS,

Copia, ſcil. humoris; vel Virtus phyſica, cujus oppoſitum Vitium durities. Conf. קָשֶׁה.

יָוֵן *lutum molle & lubricum*, quod præ lubricitate facile ex manibus & ſub pedibus calcantium elabitur, ejusdem originis cum יַיִן *vinum molle*, (η) i. e. molliter per fauces deſcendens, (conf. Proverb. 23, 31 & Cant. 7, 10.) & cum יוֹנָה *columba*, dicta vel a pennarum *lævitate* ac *glabritie*, quæ tanta eſt, ut ſoli expoſitæ varios referant colores; conf. Pſ. 68, 14 & vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. L. I. c. 2. it. MAJUS Fil. in *Obſervat. S.* P. III. p. 141. ſeq. vel a *pernicitate*, qua accipitris aliarumque avium rapacium inſidias elabitur (ϑ); conf. Pſ. 55, 7. & vid. quæ de *celeritate* columbarum habent BOCHARTUS l. c. & Ven. CYPRIANI in *Continuat.* FRANZII *Hiſtor. Anim.* p. 1245. & 1271.

Defectus, Privatio.

יָחֵף *nudus pedibus, diſcalceatus*, rad. inuſit. יחף, Arab. חפי, *nudis pedibus fuit*, Syr. נחף in Aphel *diſcalceavit.*

יָעֵף

(η) Sic Arab. سخام & سلسل *vinum molle, leniter & facile per fauces deſcendens:* nam hujus radix eſt, *mollis, glaber fuit*; سلاف *vinum*, rad. *feſtinavit*, in 2 Conj. *emollivit* &c. Similiter Latini *molle* de vino prædicant, ut VIRGILIUS *Georg.* I. 341. HORATIUS *Carm.* L. I. Od. 7. IUVENALIS Satyr. I. 68. cui opponitur vinum *ſeverum* apud HORATIUM *Carm.* L. I. Od. 27. & *aſperum* apud TERENTIUM *Heaut.* Act. III. ſcen. 1. Græcos quoque οἶνον μαλακὸν & σκληρὸν dicere, obſervat TURNEBUS in *Adverſar.* L. XII. c. 8.

(ϑ) Nam Verba *Lævitatis* etiam ſenſum habent *elabendi* & *celeriter evadendi*; exempla habes ad מָלַט Sect. V.

PASSIONIS, QVALITATIS, STATUS.

יָעֵף *fessus*, rad. *fessus fuit*. Conf. יָגֵעַ.

יָפֶה f. יָפָה *pulcher*, *formosus*, rad. *pulcher fuit*. *Virtus physica.*

יָפֵחַ *suspirans*, *anhelans*, unde יפח חמס *anhelans* i.e. *cupidus violentiæ* Ps. 27, 12. rad. יפח *suspiravit*, *anhelavit*. Vulgo tamen ad Aucta refertur, sicut יָפִיחַ, a פּוּחַ. *Affectus Desiderii.*

יָרֵא *timidus*, *timens*, (sæpissime Active & Participialiter accipitur, ex Chaldaismo,) rad. *timuit*. *Affectus.*

יָרֵחַ *luna*, cum MAJO in *Oeconom. Temp.* p. 86. deduco a rad. Arab. ورخ in 5 & 10 Conjug. *maduit*. Lunam enim esse naturæ humidæ & humoribus dominari, pro cujus incremento & decremento etiam humores in sublunaribus crescant & decrescant, ab omni ævo creditum est *(1)*. *Copia. Conf. Oppos.* יָבֵשׁ.

(1) Ostrearum & conchyliorum corpora lunari hac potestate augeri & rursus minui, tradunt ARISTOTELES de *Partibus Animal.* L. IV. c. 5. PLINIVS *Histor. Nat.* L. II. c. 41. & 99. L. IX. c. 7. & AGELLIVS *Noct. Attic.* L. XX. c. 7. In plenilunio quoque plurimum roris est: unde ros ab ALCMANE *filius lunæ & aeris* dicitur, a SOLINO *lunaris imber*, & luna δροσόεσσα à NONNO in *Dionysiacis*, *roscida* a VIRGILIO *Georg.* III. 357. (in quem locum conf. P. VICTORIVS *Var. Lect.* L. XIV. c. 17.) *rorisflua* in Veteris Poëtæ Fragmento apud SALMASIVM ad SOLINVM p. 796. & TVRNEBVM *Adverf.* L. XIX. c. 3. Plura vid. apud PLVTARCHVM *Symposiac.* L. III. Quæst. 10. Add. quæ de humida & frigida lunæ natura ex FLVDIO & DICKINSONIO habet MAIVS l. c. it. VOSSIVS de *Idololatria* L. II. c. 19. qui inde rationem arcessit, cur epilepticis crescente luna pejus sit: quia scil. tum cerebrum plenius sit humoribus. Plures ejusmodi morbos periodicos, ab influxu lunæ derivandos, dabit RICH. MEAD in Dissert. de *imperio solis & lunæ in corpora humana*, c. 2. Quæ singula in quantum vera sint, nostrum non est hic disquirere: fecit

CONCRETUM S. SUBJECTUM ACTIONIS,

יָרֵךְ *femur*, malo referre ad Aucta ab initio.

Defectus, Privatio. יָשֵׁן f. יְשֵׁנָה *dormiens*, Metaphor. *socors*, *iners*, qui vino excitatur Cant. 7, 10. rad. *dormivit*.

Virtus. יָתִר Prov. 12, 26. a quibusdam huc refertur & exponitur *excellens*, *præstans*, a יתר *excellere*. Aliis est fut. Hiph. a תור *explorare*, quod magis convenit cum seq. Antithesi, ut sensus sit: *explorat socium suum justus*; (quod SIRACIDES dicit ςοχάσαι τοὺς πλησίον c. 9, 14.) *sed via improborum seducit eos*, h. e. per imprudentiam mala incurrunt.

Copia. כָּבֵד 1. *gravis* magnitudine, numero & divitiis, 2. Substant. *jecur*, omnium viscerum *gravissimum & densissimum*, ut vocat GALENUS de *Usu Partium* L. VI, c. 17. (x) rad. *gravis fuit*.

Consumtio. כָּלֶה f. כָּלָה Deut. 28, 32. *deficiens*, *tabescens*, rad. *consumtus est*, *defecit*. Aliud כָּלָה vid. infra c. 6.

Virtus. כָּשֵׁר *rectus*, *bonus*, rad. *rectus*, *bonus fuit*.

Virtus physica. לָבָן *eximie candidus*, *albus*, unde sec. GUSSETIUM Constr. לְבָן Gen. 49, 12. Sed fœm. לְבֵנָה *later*, sic dictus, quod primitus ex argilla vel terra *alba* fieret, vel, ut alii volunt, quod igne coctus *albescat*, rad. *albus fuit*. Significatio vero *lateres formandi* a Nomine petita est.

מָאֵן

fecit id D. GERIKE in Dissert. de *influxu lunæ in corpus humanum*, habita Halæ an. 1724.

(x) Sic ipsum Lat. *jecur* à *gravitate* dicitur: nam יקר Aram. & וקר Arab. significat, *gravis fuit*.

PASSIONIS, QVALITATIS, STATUS.

מָאֵן Exod. 9, 2. *renuens*, *nolens*, *fastidiens*, rad. *re-* *Affectus.*
nuere, *recusare*, *fastidire.* SCHINDLERUS & BUXTORFIUS ad Dagessata referunt; sed COCCEJO est Infinit. Pihel.

מָלֵא f. מְלֵאָה, *plenus*, bis Active, *implens* Jes. 6, 1. *Copia.*
& Jer. 23, 24. ex Chaldaismo, sicut ipsa radix מלא *plenum esse vel fieri*, aliquando Active significat, *implere*.

נָוֶה Hos. 9, 13. & cum א *(λ)* נָאוָה, fœm. נָוָה *Virtus.*
Jer. 6, 2. Ps. 68, 13. (in quo loco tamen a quibusdam aliter accipitur,) & cum simili א *(λ)* נָאוֶה Prov. 17, 7. Ps. 33, 1. &c. *pulcher*, *amœnus*, *decorus*, *conveniens*, rad. נוה Exod. 15, 2. alias נאה & יאה, *pulcher*, *amœnus*, *decorus fuit*. Aliud vid. supra.

נָשֶׁה Gen. 32, 33. vulgo *luxatus*, (quomodo conve- *Defectus, Privatio, Separatio.*
nit Arab. وثي & وثأ *luxatus fuit*,) q. d. *obliviscens*, *nihil sentiens*, LXX. ὁ ἐνάρκησε, rad. נשה *oblitus est*: cui expositioni & Forma vocis favet. *(μ)* Sed excipiunt quidam, גיד הנשה esse nervi vel musculi illius nomen in omni animali. Magis adhuc disceptatur de situ nervi illius.

(λ) Quale א etiam est in קָאם ,דָּאג & in aliis. Quidam ob ipsum hoc א ab אוה deducunt, ut sit Particip. Niph. sed & sic anomalia non caret. Mihi non displicet conjectura AVENARII, esse hæc exempla composita ex נוה & אוה; vid. ergo Sect. IX. c. 3.

(μ) Simili sensu exponi posse שכח Ps. 137, 5. & Job. 28, 4. conjicit A. SCHULTENS in *Animadvers.* ad loc. priorem. Sic Arab. فسخ est *luxatus fuit* & *oblitus est*, unde fes'chon *oblivio*, it. *fractio musculi*, *luxatio junctura*.

CONCRETUM f. SUBJECTUM ACTIONIS,

CASTELLUS & CLERICUS conferunt Arab. نَسًا *nervus* f. *tendo, qui per femur & crus ad talos defertur:* quod confirmaret sententiam GUSSETII, qui nervum illum quærit in cavitate post genu, inter femoris ac tibiæ commissuram. Contra VITRINGA Fil. in *Biblioth. Brem.* Class. I. Fasc. 6. Diss. 1. ostendit, גִּיד הַנָּשֶׁה esse *ligamentum, quod os ischii acetabulo immissum ligat;* sed nominis rationem juxta cum ignarissimis ignorat. Conf. BARTHOLINUS de *Morbis Bibl.* Miscell. II.

עָיֵף idem quod יָעֵף *fessus.*

Incrementum. עָלֶה *folium*, crescendo ascendens, rad. *ascendere*, it. *crescere*, ut Gen. 40, 10. Amos. 7, 1. Prov. 24, 31.

Affectus. עָלֵז *exsultabundus, lætus*, rad. *exsultavit.*

Affectus studii. עָמֵל *laborans, laboriosus*, rad. *laboravit.*

Copia, Incrementum. עָנֵף f. ה, *abundans, crescens*, vulgo *ramosus*, tanquam descendat ab עָנָף *ramus.* Non abludit radix Arab. transpos. פנע *abundavit, crevit.*

Virtus physica. עָצֶה vulgo *spina dorsi*, q. d. costarum totiusque trunci *clausura*, rad. עצה *clausit;* sed invita Forma. עָצֶה idem esse cum Arab. عُصْعُصٌ *os coccygis*, ostendit BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. p. 497. hoc vero sic dictum est a *firmitate & robore:* nam radix Arab. עצא & עצץ significat, *durus, firmus fuit.*

Vitiositas moralis. עָצֵל *piger*, rad. *piger fuit.*

עָקֵב

PASSIONIS, QVALITATIS, STATUS.

עָקֹב 1.) *calcaneus*, pars pedis postrema, (conf. אַפְסַיִם) Metaphor. quodvis *extremum*, ut Gen. 49, 19. 2.) *insidians*, *insidiose*, *dolose agens*, sec. quosdam Pf. 49, 6. rad. in genere *pone fuit*, *a tergo secutus est*, hinc *insidiatus est*: quo utroque sensu apud Arabes usurpatur. Convenit Chald. עקף *dolose egit*. Sic Arab. דבר *pone fuit*, in 2 Conj. *dolose egit*. Conf. עָקֹב. *Posterioritas.* *Vitiositas*, vel *Affectus studii.*

עָרֵב *gratus*, rad. *amœnus fuit*. *Virtus physica.*

עָרֵל f. ה, *præputiatus*, *incircumcisus*, rad. Arab. per Gain, *incircumcisus fuit*. Sed a Nomine Hebr. novum Verbum formatur, ערל *præputiatum* i. e. *profanum*, *impurum habuit* Levit. 19, 23. in Niph. *præputiatus habitus est* Hab. 2, 16. *Vitiositas moralis.*

עָשֵׁן *fumans*, rad. *fumavit*. *Combustio.*

עָתֵק Prov. 8, 18. *senescens*, i. e. *durabilis (v)*, vel *antiquus*, *tempore & ætate provectus*, rad. in genere *transferri*, *provehi*, *procedere*, spec. *ætate*, hinc *veterascere*, *consenescere*, in Hiph. *transferre*. Conf. Verbum בוא de ætate, ut Gen. 18, 11. 1 Sam. 17, 12. sic Arab. טען *processit*, Græc. προβαίνω, ut Luc. 1, 7. c. 2, 36. & Lat. *provehor*, *provectus*, de ætate dicuntur. Conf. supra בָּלֶה.

פָּלֵט *evadens*, *elabens*, *effugiens*, rad. *evasit*, *effugit*, *elapsus est*. *Privatio*, *Absentia.*

פָּנֶה,

(v) De re corporea *Consumtionem* quidem involvere, de Spiritualibus autem dictum, intelligi *antiquum*, quod tamen non veterascit & consumitur, bene monet GVSSETIVS ad h. v.

CONCRETUM f. SUBJECTUM ACTIONIS,

Præsentia, Prioritas. פָּנֶה, unde pl. פָּנִים *partes corporis conspicuæ*, primo conspectui sese obvertentes, (Ezech. 2, 10.) *facies, superficies*, rad. *vertere se, obverti.*

Incrementum. צָבֶה f. צָבָה, *intumescens*, rad. *tumuit, intumuit.*

Defectus vel Affectus. צָמֵא *sitibundus*, rad. *sitiit.*

Vitiositas moralis. קָדֵשׁ *cinædus, scortator*, f. קְדֵשָׁה *meretrix*, Veneri se *consecrans*, rad. in genere, *ab usu communi ad peculiarem separatus fuit*, hinc *sanctificatus, consecratus est.* Conf. פרד de meretricibus Hos. 4, 14.

Virtus physica; vel Defectus & Privatio. קָנֶה f. קָנָה Job. 31, 22. conf. & Jos. 16, 8. c. 17, 9. *canna, calamus*, tam artificialis quam naturalis, Formam habet a קנה, sed significationem ab inusit. קנן, Arab. *erectus stetit*, unde Lat. & Græc. per duplex n scribitur. Vel קָנֶה *calamus* dicitur pro נָקֶה, quod intus *cavus* sit & *perforatus*, a rad. נקה *vacuus fuit*, per Metathesin literarum, quæ etiam obtinet in Æthiop. ቀነወ: *perfodit, perforavit*, q. d. *evacuavit*, & in Græc. κενὸς *vacuus.*

Defectus. קָצֵר *curtus, truncatus, brevis*, rad. *decurtavit, abscidit: decurtatus, abbreviatus est.*

Præsentia. קָרֵב *appropinquans*, (Participialiter Num. 1, 51. c. 3, 10. &c.) rad. *propinquum esse vel fieri, appropinquare.*

Vitiositas. קָשֶׁה f. קָשָׁה, *durus, gravis, difficilis*, rad. *durus, gravis, difficilis fuit*, proprie sec. BOHLIUM, *compactus fuit.*

Virtus moralis; vel Affectus timoris. רָגֵעַ (unde plur. Constr. רִגְעֵי Ps. 35, 20.) vulgo *tranquillus*, quasi radix רגע sit *movere* & *quiescere*. Sed significationem *quietis, motui* contrariam, eliminatam dedit Doctiss.

PASSIONIS, QVALITATIS, STATUS.

Doctiss. SCHULTENS in *Origin. Hebr.* L. I. c. 10. cui רגע idem est cum Arab. رجّ *commovit, inquietavit, turbavit,* in 4. Conj. *tremuit, conturbatus fuit,* in 8. Conj. *tremuit, trepidavit, agitatus fuit:* unde רָגֵעַ potius foret *conturbatus, trepidus, timidus;* conf. Job. 7, 5. ubi רגע a Chaldæo redditur per רטט *tremuit.*

רָוֶה f. רָוָה *irriguus, ubertim repletus,* rad. רוה *irrigari, ubertim repleri, inebriari.* *Copia.*

רָחֵק *remotus,* al. *recedens,* rad. *remotum esse vel fieri, procul abire, recedere.* *Defectus, Absentia.*

רָעֵב *esuriens,* rad. *esurire.* *Defectus vel Affectus.*

רָפֶה f. רָפָה *remissus, debilis,* rad. *remissum esse, remittere, deficere.* *Defectus.*

שָׂבֵעַ *satur,* rad. *saturum esse vel fieri.* *Copia.*

שָׂדֶה idem quod Arab. سدّ *rore madens terra: campus, ager,* a rad. سدا *rore aspersa fuit maduitque terra (ξ).* *Copia.*

שָׁוֵה Gen. 14, 5. a quibusdam huc refertur & explicatur *planum, locus planus,* rad. *planum, æquum esse.* Aliis potius est Nomen Propr. coll. v. 17. *Virtus physica.*

G שָׁכֵחַ

(ξ) Sed שָׂדַי vulgo habetur pro plurali Formæ Syriacæ Constructæ; aliis est singul. peculiaris Formæ: quam sententiam pluribus adornavit Celeb. VERBRUGGE in *Obs. Philol.* de Nom. Hebr. Num. Plur. Obs. II. Mihi perplacet sententia Ven. ABICHTII in *Methodo Hebr.* p. 42. talia Nomina esse plur. cum Jod parag.

CONCRETUM ſ. SUBJECTUM ACTIONIS,

Defectus, Privatio. שָׁכֵחַ *obliviſcens*, ſæpius Participialiter & Active, ut Jeſ. 65, 11. ex Chaldaiſmo, rad. *obliviſci.*

Poſſeſſio. שָׁכֵן f. שְׁכֵנָה & שְׁכֶנֶת, *incola*, *habitator*, it. *accola*, *vicinus*, *a*, rad. *habitare*, proprie ſec. COCCEJUM *decumbere*, *recumbere*, *ſe demittere*, unde שָׁכֵן *decumbens*, *procumbens* Jeſ. 33, 24. ſec. eundem.

Virtus. שָׁלֵו & שָׁלֵיו (pro שָׁלֵה, mutata tertia radicali ה in ו) f. שְׁלֵוָה, *tranquillus*, rad. שלה *tranquillum eſſe.*

Virtus, it. Conſummatio. שָׁלֵם f. ה, *incolumis*, *integer*: *perfectus*, *completus*; rad. *integrum*, *perfectum eſſe.*

Affectus. שָׂמֵחַ *lætus*, *lætabundus*, rad. *lætari.*

Deſtructio. שָׁמֵם *deſolatus*, *vaſtus*, rad. *vaſtus*; *deſolatus fuit.*

Copia. שָׁמֵן *pinguis*, rad. *pinguis fuit.*

Virtus phyſica, vel Prioritas. שָׁקֵד *amygdala*, florem ac fructum *maturans* (o), rad. *ſedulus*, *feſtinus fuit*, *maturavit*, *vigilavit.*

Vitioſitas. תָּפֵל *inſulſus*, *inſipidus*, rad. Arab. *fœtuit*, *minime fragrante odore fuit*, ſpec. ob neglectum aromatum uſum, it. *deteſtatus eſt*, *exſpuit.*

II. Ma-

(o) PLINIUS L. XVI. c. 25. *Floret prima omnium amygdala menſe Januario*, *Martio vero pomum maturat.* Unde & ſymbolum eſt *maturationis* Jer. 1, 11. 12. conf. BOCHARTUS in *Canaan* p. 697. & HILLERUS in *Hierophyt.* P. I. c. 22. GUSSETII, SCHMIDII, IOS. HENR. OPITII & aliorum dubium de *amygdala*, ex Eccleſ. 12, 5. præſertim ſubnatum, diluit Celeb. SCHLICHTERUS noſter in *Decimis S.* Obſervat. 28.

II. Masculinum פְּקָד cum Fœmin. פְּקֻדָּה vel פְּקֶדֶת, semel פְּקֻדּוֹת,

a) a Verbis *Transitivis*, notat ABSTRACTUM sive ipsam ACTIONEM, Metonymice ejus OBJECTUM vel MEDIUM.

אֻרָוָה, unde pl. אֻרְוֹת sec. BOCHARTUM in *Hieroz.* P. I. p. 155. *loculi* sive *stationes jumentorum in stabulo*, q. d. *consociationes jumentorum*, pro אֲרָווֹת, a rad. ארה vulgo *carpsit*, *decerpsit*, potius *collegit*, *congregavit*, (unde & אָרוֹן *arca*, in quam res *colliguntur*, Chald. ארית *stagnum*, *piscina*, *collectio aquæ* &c.) ut Æthiop. ኣረየ፡ quod in Versione N. T. usurpatur pro Græco συλλέγω, & Arab. أري *compulit*, *coëgit*, it. *consociatum fuit in eodem stabulo* jumentum cum jumento. *Conjunctio.*

אֲסֵפָה *ablatio*, *absumtio* Jes. 24, 22. rad. *auferre*, *absumere.* *Consumtio, Privatio.*

גְּזֵרָה *excisio*, i. e. *devastatio*, unde ארץ גזרה *terra excisionis* i. e. *desolata*, JONATHANI אתר צדיא *locus desolatus*, Lev. 16, 22. pro quo ibidem recurrit מִדְבָּר, rad. *abscidit*, *exscidit.* *Sectio, Destructio.*

גְּנֵבָה *furtum*, it. *furto ablatum*, rad. *furari.* *Privatio.*

דְּבֵלָה & דְּבֶלֶת *palatha*, massa ficuum aridarum, q. d. *compactio ficuum*, vulgo a rad. Arab. دبل *in unum coëgit*, *Conjunctio.*

coëgit, idque *rotundiore forma;* ſed BOCHARTO in *Canaan* p. 705. ab eadem radice in ſenſu *areſcendi*, alias ذبل.

Deſtructio. הֲפֵכָה *everſio, ſubverſio*, rad. *evertere, ſubvertere.*

Deſtructio. הֲרֵגָה *occiſio, cædes*, rad. *occidere.*

Sectio, Separatio. טְרֵפָה *diſciſſio: diſciſſum, dilaniatum*, rad. *diſcindere, dilaniare.* Vid. infra c. 6. not. ad טֶרֶף.

Poſſeſſio. יְרֵשָׁה *hæreditas, poſſeſſio: res poſſeſſa*, rad. *poſſidere, occupare.*

Deſtructio. מְלֵחָה *exciſio, vaſtatio*, al. *ſalſugo, ſterilitas*, rad. proprie *ſecare, ſcindere, exſcindere*, hinc Chald. *vaſtare.* Convenit Arab. tranſpoſ. מחל *ſterilis ex pluviæ inopia fuit* terra. *Salſuginis* & *ſterilitatis* ſignificationem arceſſunt a מֶלַח *ſal*, quod ſal *ſterilitatem* inducat: qua de re vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. p. 872. PFEIFFERUS in *Antiq. Hebr.* c. 15. FESSELIUS in *Adverſ. S.* L. IV. c. 13. p. 400. DIETERICUS in *Antiq. Bibl. V. T.* p. 388. Ven. DEYLINGIUS in *Obſ. S.* P. I. p. 182. NOLDIUS in *Concord. Partic. Hebr.* p. 907. MORINUS in pec. Differt. de *Sale aſpergi ſolito ſuper urbium ruinas*, & alii.

Privatio, Sectio. נְקֵבָה *fœmina*, q. d. *exciſio nominis paterni*, oppoſite ad marem, vid. infra זָכוּר; vel ſec. MAJUM in *Diſſ. S.* Loc. IV. c. 1. §. 32. & in *Oeconom. Temp.* p. 217. quod ſit *exciſa* i. e. *creata* e viro: & ſic conf. infra not. ad בְּרִיאָה. Alia etymi ratio honeſtius reticetur, quam exprimitur. Rad. *exſcindere, transfigere, perforare.*

Conjunctio vel Copia. עֲרֵמָה *coacervatio: acervus*, rad. *coacervare.*

צְנֵפָה

Meton. ejus OBJECTUM vel MEDIUM.

צְנֵפָה *conglobatio*, *convolutio* Jeſ. 22, 18. rad. *volvere*, *circumvolvere*. Conſ. Doctiſſ. SCHULTENS in *Animadverſ.* ad l. c. *Conjunctio & Confirmatio.*

שְׁאֵלָה, per Syncopen שֵׁלָה 1 Sam. 1, 17. *petitio*: *quod petitur*, *petitum*, rad. *petere*, *expetere*. *Affectus deſiderii.*

שְׁרֵמָה, & שְׁרֵפָה, *ager*, *arvum*, proprie *aduſtum* & *torridum*, non differunt, coll. 2 Reg. 19, 26. cum Jeſ. 37, 27. permutatis ſcil. מ & פ, a שרף *aduſſit*, quod convenit cum שרף (*): unde Jer. 31, 40. in Kethibh eſt שְׁרֵמָה cum ר. Convenit quoque Arab. tranſpoſ. رسم *parum humectata fuit* terra. *Combuſtio.*

שְׂדֵרָה *ordinatio*, *diſpoſitio*, quibusdam *coaxatio* vel *coaſſatio*, rad. Aram. סדר *ordinavit*, *diſpoſuit*. Convenit Arab. tranſpoſ. سرد *contexuit*, *conſeruit*. *Conjunctio.*

שְׂרֵפָה *combuſtio*, *incendium*, rad. *incendere*, *adurere*, *comburere*. *Combuſtio.*

שְׁרֵקָה *exſibilatio*: *quod exſibilatur*, rad. *ſibilare*, *exſibilare*, *irridere*, Græc. σαρκάζειν. *Affectus gaudii.*

* * *

b) A Verbis *Intranſitivis*, indicat ABSTRACTUM, ſive ipſam ACTIONEM, PASSIONEM, QUALITATEM & STATUM, Metonymice ejus SUBJECTUM ſ. CONCRETUM.

(*) Nam literæ ך & ר ob figuræ convenientiam ſæpius permutantur; vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. p. 191. & CAPPELLUS in *Critica S.* L. III. c. 8, 5. ſeq.

ABSTRACTUM, Meton. CONCRETUM.

Privatio, Absentia. אֲבֵדָה *amissio, perditio: res amissa*, rad. *perire, perdi.*

אֱמֶת (contracte pro אֱמֶנֶת) *veritas, fidelitas*, vid. supra אָמַן.

אֲפֵלָה *caligo*, vid. supra אָפֵל.

Defectus, scil. ratione *altitudinis*. Conf. oppos. שׁוּחָה. אֲשֵׁדָה *declivitas, præcipitium*, q. d. *inclinatio terræ: planitiei* enim opponitur Jos. 10, 40. c. 12, 8. significationem habet a שׁדא Syr. & Arab. *inclinavit: inclinavit se*, sed Forma est tanquam ab אשׁד.

Combustio. בְּעֵרָה *incendium*, rad. *arsit, incensus fuit.*

Conf. præced. אֲשֵׁדָה. בְּרֵכָה *piscina, lacus*, sec. BOHLIUM proprie *terræ depressio* f. *locus depressior*, & sic conf. שׁוּחָה; vel q. d. *demissio aquarum*, i. e. *quo aquæ sese demittunt*, rad. in genere *demisit se, deflexit*, ut Arab. برك, spec. *honoris & benedictionis causa.*

Defectus, Vitiositas. הֲבֵל Eccles. 1, 2. (alibi semper הֶבֶל) *vanitas*, rad. *evanescere*.

Defectus. זְעֵיר *paucitas: parum, modicum*, rad. Chald. זער, Hebr. צער, *parum esse* vel *fieri.*

Defectus. חֲשֵׁכָה *tenebræ*, rad. *tenebrosum, obscurum esse vel fieri.*

Affectus tristitiæ vel *metus.* יְלֵל *ejulatio, ululatus*, rad. *ejulare.*

כְּבֵדֻת vel כְּבֵדֻת *gravitas*, vid. supra כָּבֵד.

Vitiositas, cujus oppos. כְּרֵשׂ *venter*, aliis rectius *ventriculus, rugosior corporis pars*, (AVENARIUS confert German. Kröß, Gekröß,)

Jer.

ABSTRACTUM, Meton. CONCRETUM.

Jer. 51, 34. sec. A. SCHULTENS a rad. Arab. كرش *contracta & corrugata fuit* pellis. *Virtus est aequalitas & levitas.*

מְהֵרָה *festinatio, celeritas*; & Adverb. *festinanter*, *cito*, rad. *promtum esse, festinare.* *Virtus, vel Affectus studii.*

מְלֵאָה Exod. 22, 28. *plenitudo: fruges plenae*, scil. *granis*, vel *maturae*; conf. BOCHARTUS in *Canaan* p. 452. seq. Sed GUSSETIUS *aream frumenta plenam* intelligit. Vid. supra מָלֵא. *Copia.*

מְרֵרָה *fel*, q. d. *amarities* sanguinis vel ex sanguine collecta, rad. *amarum esse*. *Vitiositas*, cujus oppos. Virtus *dulcedo.*

נְבֵלָה *cadaver, morticinium, corpus emarcidum*, rad. *marcidum esse vel fieri, marcescere.* *Defectus, Vitiositas physica.*

עַצְלָה *pigritia*, unde dual. עֲצַלְתַּיִם Eccles. 10, 18. *pigritia gemina*, ambarum scil. manuum, vel, ut vult DRUSIUS, animi & corporis. Sed Dualem vocis significationem intendere, ut עצלתים sit *pigritia summa*, contendit ALBERTI in *Porta Linguae S.* ad h. v. & sic conf. suo loco אַשְׁרֵי & צָהֳרַיִם. *Vitiositas moralis.*

פְּלֵיטָה & פְּלֵטָה *evasio*: *quod evadit*, vid. supra פָּלֵט.

רְתֵת Hos. 13, 1. vulgo *tremor*, rad. Chald. *tremere.* *Affectus.*

שַׁלְוָה Jer. 49, 31. *tranquillitas: tranquillus*, vid. supra שָׁלֵו.

שְׁפֵלָה *humilitas, planities: locus humilis*, rad. *humilis fuit.* Vid. supra אֲשֵׁרָה

Ex

* * *

Ex *Imperfectis* præterea huc pertinent hæc duo:

Virtus physica; vel Possessio. נָוֶה Ps. 68, 13. quibusdam *pulchritudo*, *decus*, a נוה *pulchrum*, *decorum esse* Exod. 15, 2.; aliis *habitans*, *habitatrix*, a נוה *habitare*, cui expositioni Forma minime adversatur: nam *Habitandi* Verba mox *Transitive* mox *Intransitive* accipiuntur; & sic quoad Formam conf. שָׁכֵן. Vid. & supra נָוֶה.

Defectus. שָׂפָה *extremitas, finis, ora* rei, ut Arab. شَفَة, spec. 1. *extremitas* oris, h.e. *labium*, 2. *extremitas* fluvii vel maris, *ripa*, *littus*, 3. *extremitas* vasis sive *margo*, ut 1 Reg. 7, 26. 4. *extremitas* vestimenti, *fimbria*, 5. *extremitas* s. *finis* loci alicujus, i. e. *limes*, a rad. ספה alias סוף *finiri*, *absolvi*, *deficere*.

CAPUT III.

DE FORMA פָּקוּד IN SPECIE.

§. VII.

FOrmarum *Nudarum Levium* secunda esto פָּקוּד, quæ instituto huic nostro, quatenus *Nominalis* est, subjacet. Quando eadem *Participialis* est, tunc significatione convenit cum Participio Niphal & PAHUL s. PAUL

ſ. PAUL vocatur. *Temporis* tamen ratione quodammodo ab illo differre, dudum obſervatum eſt Grammaticis.

ELIAS LEVITA in ספר הבחור Orat. 1. Fundam. 5. vult, *Pahul* notare *Actionem Continuam*, Participium Niphal vero *Tranſeuntem*, e. g. בית בנוי *domus exſtructa, & adhuc ſcil. durans*, ſed בית נבנה *domus exſtructa, at forſitan jam diruta*. Quod MUNSTERUS in *Opere Gram.* p. 124. ita exprimit: Pahul dicit Actionem tranſiiſſe, Effectum autem adhuc durare; Participium Niphal, utrumque abiiſſe in præteritum. A KECKERMANNO in *Gram. Hebr.* & PISTORIO in *Enchiridio L. S.* diſtinguitur in *Pahul Paſſionis durantis & ceſſantis*. Contrà BERTRAMUS in *Grammatica Hebræo-Aramæa* contendit, *Pahul* dicere *Paſſionem perfectam*, ſed *adhuc durantem*, Participium Niphal vero *præſentem & durantem*, ſed *non perfectam*. Sed omnes has diſtinctiones non eſſe validas, recte obſervat GLASSIUS in *Gram. S.* Tract. IV. Can. 1.

§. VIII.

Ad declarandam itaque hujus Formæ ſignificationem ſequentia notentur.

I. פָּקוּד Forma quidem eſt *Temporis Præteriti:* ita tamen, ut reſpiciatur ſaltem *τὸ factum eſſe* ſive *Actio & Paſſio ipſa*, non

æque ſubſequens *Actionis* vel *Paſſionis duratio*, quod magis proprium eſt Formæ פָּקִיד; licet pro re ſubſtrata ſubinde non omnis *duratio* excludi poſſit.

II. Maſculinum פָּקוּד

a) a Verbis *Tranſitivis*, notat OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ, ut רָצוּף *ſtratum* (ϱ).

b) A Verbis *Actionis Intranſitivæ* & *Paſſionis*, convenit cum Latinorum Participiis Præteritis a Verbis *Deponentibus* Intranſitivis, ut *nixus* a *nitor*, & *Neutris* quibusdam, ut *cretus* a *creſco*, *adultus* ab *adoleſco*; ſic *emerſus*, *juratus*, *obſoletus* &c. plura vid. apud VOSSIUM de *Analogia* L. IV. c. 13. Notat ergo CONCRETUM ſive SUBJECTUM ACTIONIS & PASSIONIS PRÆTERITÆ, ut יָקוּד *accenſus*, *um* (σ).

c) A

(ϱ) *Objectum* illud interdum id ipſum eſt, in quo producendo Subjectum agens fuit occupatum, adeoque quodammodo *Effectus Actionis*, ut יָלוּד *natus*.

(σ) Vulgo aliter videtur Grammaticis, qui volunt, *Benoni* & *Pahul* a Ver-

c) A Verbis *Qualitatis* & *Status*, indicat CONCRETUM ſive SUBJECTUM QVALITATIS & STATUS, nulla *Temporis* habita ratione, uti dictum ſupra c. I. §. 3. ut מָתוֹק *dulcis*.

III. Maſculinum פְּקוּד cum Fœmin: פְּקֻדָּה vel פְּקוּדָה, analogice (τ)

a) a Verbis *Actionis Tranſitivæ* notat ABSTRACTUM ſive IPSAM ACTIONEM TEMPORIS PRÆTERITI (υ), ut גְּאֻלָּה *redemtio*, Metonymice 1.) OBJECTUM, *Actionem in ſe paſſum, perque eam productum*, ut גְּדוּד *ſulcus, lira,*

 q. d.

à Verbis Intranſitivis eſſe Synonyma. Contra HILLERUS in *Gram. Hebr.* p. 158. Pahuli etiam à Verbis Intranſitivis ſenſum tribuit paſſivum, mediante participio Paſſ. *factus* illud explicans, ut זָכוּר *memor factus*, סָמוּךְ *innitens factus*, שָׁכוּן *habitans factus* &c. ſed ſenſu coactiori.

(τ) Si nimirum ponamus, deſcendere hæc Verbalia à Participio *Pahul*.

(υ) Accuratam tamen *Temporis* rationem non ubique haberi, docebunt exempla. Maxime vero *Temporis* reſpectus negligitur in Nominibus *Mediorum*. Similis abuſus accidit Verbalibus Lat. in US & IO, ut *lapſus*, *lectio*, & Græc. in *σις*, ut *λέξις*: quibus cum hæc Nomina ſignificatione plane conveniunt. Conf. & prædicta Sect. I. §. 14. reg. 3.

q. d. *incisio terræ*, 2.) *rem illam, qua mediante Actio producitur*, ſive MEDIUM ACTIONIS, ut חֲתֻלָּה *involutio*, i. e. *faſcia*, qua fit *involutio*. Conf. Sect. I. §. 14. reg. 4.

b) A Verbis *Actionis Intranſitivæ* & *Paſſionis*, exprimit ABSTRACTUM ſive IPSAM ACTIONEM & PASSIONEM TEMPORIS PRÆTERITI (ŭ), ut אֲרוּכָה *ſanatio, redintegratio*, Metonymice CONCRETUM ſive SUBJECTUM ejus, ut יְבוּל *proventus: quod e terra provenit & productum eſt*, vel MEDIUM, ut רְכוּב *vehiculum, quo vehitur*.

c) A Verbis *Qualitatis* & *Status*, indicat ABSTRACTUM i. e. IPSAM QVALITATEM & STATUM, ut גְּדוּלָּה *magnitudo*, Metonymice ejus SUBJECTUM ſive CONCRETUM, ut תְּנוּךְ *tenerum auris*. Conf. ſupra §. 4.

§. IX.

§. IX.

Sunt autem hujus Formæ exempla ſequentia.

I. Maſculinum פָּקוּד, raro פָּקֻד, cum Fœmin. פְּקוּדָה, פְּקֻדָה & פְּקֻדָּה (φ)

a) a Verbis *Actionis Tranſitivæ*, exprimit OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ.

בָּתוּל maſc. inuſit. unde fœm. בְּתוּלָה *virgo*, fœmina *ſeparata & ſecluſa* a virorum conſortio (χ), rad. Arab. بتل *ſegregavit*. Convenit Hebr. בדל.

יָלוּד *natus*, *filius* 1 Reg. 3, 26. 27. rad. *gignere*, *parere*.

יָצוּעַ *ſtratum*, rad. *ſternere*, *ſubſternere*.

(φ) Per Motionem ſcil. à Maſculino derivato, vel ex copia linguæ, uti dictum §. 6. not. (β).

(χ) Vid. 2 Macc. 3, 19. inque eum locum DOVGTAEUS in *Analectis S.* & DIETERICUS in *Antiquit. S.* Talis ſeparationis locus Græcis vocabatur παρθενών, à παρθένος, quod procul dubio deductum à פְּרַשׁ Chald. פרת *ſeparavit*. Plura habent FESSELIUS in *Adverſar. S.* L. II. c. 17. I. P. PFEIFFERUS in *Diſſertationibus de Cura Virginum apud Veteres*, HUETIUS in *Demonſtrat. Evang.* Propoſ. IX. c. 9. §. 2. IAC. SCHUDT in *Trifol. Hebr.* p. 423. BUCHERUS in *Diſſ.* de *concluſo Hebræorum gynæceo*. Diſciplinam tamen hanc exercitam apud Judæos, negat NOLDIUS in *Concord. Partic. Hebr.* p. 876.

נְחוּשׁ Job. 6, 12. f. נְחוּשָׁה, *æs, chalybs, cuprum, metallum e fodinis excisum & effossum*, (conf. Deut. 8, 9.) rad. נחשׁ proprie *secare, excîdere: fodere*, ut Arab. نحس; Verba autem *secandi & fodiendi* ad *hariolationem & explorationem* referuntur: ut חפר *fodere & explorare*, sic Syr. ܢܚܫ proprie est *secare, abscindere*, hinc *explorare*, Chald. חסם *fodere, effodere*, it. *divinare*, בקק *fodere & scrutari*, &c. unde גָּזְרִין *harioli*, apud Danielem, & הוֹבְרִים Jes. 47, 13. (ad quod conf. COCCEJUS in *Lex.*) inde נחשׁ est *hariolari, explorare*. Plura vid. ad בָּקַר.

פָּקִיד *præfectus*, rad. *præficere*.

שָׁבוּעַ *septimana*, q. d. *septata*, i. e. *in dies septenos divisa*, formatum a שֶׁבַע *septem*.

Exempla mere Participialia ex Lexicis repetenda sunt.

Exceptionem hic facere putantur 1.) אָחוּז Cant. 3, 8. de quo vid. MERCERUS ad PAGNINUM & GUSSETIUS. 2.) צָפוּ Job. 15, 22. (pro צָפוּי, ut exstat in Kri,) quod vel explicandum *exploratus, destinatus, prævisus*, vel sec. LUD. de DIEU ad l. c. & DANZIUM in *Literat.* §. 57. p. 499. est 3. pers. plur. præt. Kal. Conf. NOLDIUS in *Concord. Hebr.* p. 829. not. (361.).

* * *

b) A Verbis *Actionis Intransitivæ* & *Passionis*, exprimit

CON-

CONCRETUM five SUBJECTUM ACTIONIS & PASSIONIS PRÆTERITÆ.

בָּטוּחַ *innixus, confisus, fretus*, rad. *inniti, confidere.*

זָכוּר Pf. 103, 14. *recordatus, qui fibi in memoriam revocavit*, rad. *recordari.*

יָקוּד *accenfus, incenfus*, Jef. 30, 14. אֵשׁ מִיָּקוּד *ignis ex accenfo*, repete אֵשׁ *igne*, vel fubaudi *foco*; al. eft *foci materia accenfa*, rad. *accendi, incendi, exardefcere.*

לָמוּד *affuetus, doctus*, rad. *affuefcere, difcere.*

נָטוּשׁ 1 Sam. 30, 16. *qui fe diffudit & extendit, diffufus, extenfus*, rad. *fe diffundere, fe extendere.*

סָמוּךְ *nixus, innixus, fretus*, rad. *niti, inniti.*

סָרוּחַ fec. BOCHARTUM in *Hieroz.* P. I. p. 523. idem quod שָׂרוּעַ, coll. Amof. 6, 4. cum Jef. 28, 20. *extenfus, protenfus*, (Syr. ܡܣܪܚ) per confufionem radicum cognatarum סרח (alias *putrefcere*,) & שׂרע *fe extendere, extendi*: quam *extenfionis* fignificationem ex Arab. vindicavit A. SCHULTENS ad Jef. 28, 20.

עָבוּר Jof. 5, 11. 12. *præteritum, quod præteriit: reliquum*, idem quod Arab. غُبر, fpec. de *frumento præteriti anni* ufurpatur, rad. *præterire, tranfire*, Arab. per Gain id. & *reliquum effe.*

עָטוּף *viribus deftitutus, labefactatus, infirmitate* quafi *obrutus* Thren. 2, 19. it. Gen. 30, 42. de ovibus *debilioribus*, rad. proprie *obtexit: obtexit fe, obtectus fuit*, it. *defecit*, lan-

languit, deliquium animi passus, viribus labefactatus est, ut Arab. עטב (↓).

— קְרוּט *contractus*, rad. Chald. *collegit; coaluit, adhæsit.* Doctiss. SCHULTENS confert Arab. קרץ *contraxit se in unum, contractus, diminutus fuit.*

שָׁכוּל *orbatus*, rad. *orbari, orbum fieri.*

שָׁכוּן, unde pl. שְׁכוּנִים Jud. 8, 11. *qui habitaverunt, commorati, vel qui se ad habitandum demiserunt*; vel singularis est שְׁכוּן *habitatio*, Formæ זְבוּל, rad. *habitavit, commoratus est*, proprie *se demisit* Deut. 33, 20. vid. COCCEJUS in *Lexico*.

שָׁכוּר f. שְׁכוּרָה vel שְׁכֻרַת Jes. 51, 21. *inebriatus*, rad. *inebriari.*

* * *

c) A Verbis *Qualitatis* & *Status*, notat CONCRETUM sive SUBJECTUM QUALITATIS vel STATUS.

אָמוּל f. אֲמֻלָה Ezech. 16, 30. *languidus, infirmus*, Græc. ἀμαλὸς, rad. in Kal inusit. *languit*, Arab. cognat. מלל *lassus fuit, defecit.*

אָמוּן

(↓) Verba *Tegendi* passim ad *languorem* & *deliquium* referuntur. Sic עָלַף *tegi* it. *animo deficere* Jes. 51, 20. & עֹטְיָה Cant. 1, 7. *operta* h. e. *deficiens, languida*, Syr. ܚܦܐ *velare, operire*, it. *deliquium animi pati*, & passim apud Arabes, ut كمّ , غمي , غشي , ران &c. Conf. SCHULTENS ad Genes. & Cant. l. c. Simili modo HOMERUS *deliquium* describit;
— κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς, Iliad. ε. vers. 696.
— ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε, ib. vers. 310.

אָמֹן, unde pl. אֱמוּנִים 2 Sam. 20, 19. Pf. 12, 2. *fideles*; fed Thren. 4, 5. eft ipfum Pahul, *educati*, ex fignificatione Verbi Tranfitiva, quomodo ad præced. claffem I. pertinet. Vid. אָמֵן Cap. præced.

אָנוּשׁ *æger, infirmus*, rad. *æger, infirmus fuit*, alias נוש Pf. 69, 21. Syr. נכס & נשש. Convenit Græc. *νόσος morbus*.

אָשׁוּר Hof. 13, 7. ab ABEN ESRA, KIMCHIO & PAGNINO huc refertur, & a MEIBOMIO in *Interpret. Nov. Specim.* III. p. 10. feq. explicatur *rectus, erectus*, a rad. אשר proprie *rectus, erectus fuit*: quæ explicatio non difplicet MAJO in *Hiftor. Animal.* p. 720. feq. & Ven. CYPRIANO in *Continuat.* FRANZII *Hiftor. Animal.* p. 584. Vulgo tamen ad שור refertur, ut fit I. perf. fut. Kal.

בָּאוּשׁ, unde pl. בְּאֻשִׁים *uvæ putidæ & malæ*, rad. *putidus fuit*, hinc *fætuit*, Æthiop. & Arab. *malus, pravus fuit*. Aliter HILLERUS in *Hieroph.* P. I. p. 293. qui *uvas tardas ad maturitatem* intelligit, pro בְּשׁוּשִׁים ex Syrifmo, a rad. בשש *tardum effe*.

חָמוּץ *acris colore*, h. e. *rubicundus, puniceus*, fec. BOCHARTUM in *Hieroz.* P. I. p. 114. rad. *acere, acrem, acidum effe vel fieri, acefcere*.

חָרוּל *urtica*, ignotæ originis. Compofitis accenfendum videtur, de quibus Sect. IX. c. 3.

חָרוּץ varie fignificat, pro Verbi fui fignificatione. Eft enim Verbum חרץ fua natura proprie Intranfitivum, *acutus, acris fuit*: unde defcendunt I.) Adject. חָרוּץ *acutus, um*, Job. 41, 22. & Metaphor. *acer, folers, promtus, expeditus*,

CONCRETUM ſive SUBJECTUM.

peditus, ut Græc. ὀξὺς, Prov. 21, 5. 2.) Subſtant. חָרוּץ *tribula acuta* Jeſ. 28, 27. Sed eadem radix חרץ præter *Qualitatem* etiam notat ejus *Effectum*: *ſecuit*, *ſcidit*, *excidit*, *præcidit*, Metaph. *decrevit*, *definivit* (ω): inde חָרוּץ 1.) Particip. *præciſus*, *definitus* Jeſ. 10, 22. it. *ſectus*, *fiſſus*, ſcil. auribus, lingua, labiis &c. Levit. 22, 22. 2.) Subſtant. *aurum*, Græc. χρυσὸς, vulgo q. d. *ex fodina exciſum* (a); it. *foſſa*, ut

(ω) Nam acuta ſecant. Sic Arab. حرص *promtus*, *ſolers fuit*, it. *fidit*, حدّ *acutus fuit*, it. *determinavit*, *definivit*: *cohibuit*, q. d. *præcidit*, *decidit*, كلب *acris fuit*, it. *pupugit*, حذق *acutus*, *acris fuit*, it. *diſſecuit*, عضب *ſecuit*, it. *acutus fuit*, Chald. עקץ *amputavit*, it. *acutus*, *acuminatus fuit*: *pupugit*, &c. Sed Verbi חרץ ſignificatio *movendi* Exod. 11, 7. Joſ. 10, 21. eſt à cognato קרץ, quod viciſſim notionem *abſcindendi* à חרץ vel קצר mutuatur.

(a) Sed *auri* denominatio à חרץ paulo ſubtilius enucleanda eſt. Vocabula *Acuminis* etiam ad *Colores* referuntur. Lat. color *acutus* eſt color *ſplendidus*, qui fulgore ſuo oculos perſtringit; ſic Græc. ὀξὺς de coloribus uſurpatur: & quidem ὀξὺ dici, quod *clarum eſt multoque lumine excitatum*, quales ſunt omnes *floridi colores*, quos ἐυανθεῖς Græci appellant, PLINIUS *floridos*, obſervat SALMASIUS in SOLINUM p. 141. & 244. laudatus à BOCHARTO in *Hieroz.* P. I. p. 113. ſeq. Unde *acer ſplendor* apud LUCRETIUM L. IV. 330. ὀξὺ φάος apud HOMERUM *Iliad.* ξ. 345. ὀξεῖη αὐγῇ *Iliad.* ρ. 372. & apud PINDARUM *Olymp.* III. 43. Conf. ſupra חָמוּץ. Sic חלף *ſecuit* & conſequenter *acutus fuit*, etiam eſt *viruit* Pſ. 90, 5. 6. Job. 14, 7. c. 29, 20. Arab. خضر *ſecuit*, it. *viruit*: unde חָצִיר *gramen*; ab Hebr. חצב ſic Arab. خضب *viruit*, Arab. زلق *acutus fuit*, it. *ſplenduit*, أشر *ſecuit* & *coruſcavit*, فقع *ſecuit*, *diſſecuit*, it. *ſumme flavus fuit*, فرّ *fidit*, *ſcidit*, it. *micuit*, &c. Dictum ergo חָרוּץ *aurum*, à *colore acuto* h. e. *ſplendido*.

ut Chald. חריץ, q. d. *terra excisa*, rectius forsitan *excisum*, i. e. *vastatum*, *eversum*, GEIERO *rudera*; conf. supra cap. 2. not. (y).

כָּבוּד masc. inusit. f. כְּבוּדָה, *gravis honore* vel *gloria*, *gloriosus*, *honorificus*, rad. *gravis fuit*, spec. *opibus*, *gloria*. Aliud כְּבוּדָה vide infra.

מָתוֹק *dulcis* Ps. 19, 11. rad. *dulcis fuit*.

נָחוּץ proprie *acutus*, i. e. *celer*, *festinus*, recte AVENARIUS confert Græc. cognat. ὀξύς: convenit enim cum חצץ *scidit*, & consequenter *acutus fuit*, Arab. *celer fuit*, *celeriter ivit*, it. cum Arab. نخص *acutum reddidit*, *acuit*, Metaph. *ursit*, *institit*, Hebr. נָצַח. Vocabula *Acuminis* & *Secandi* passim ad *Celeritatem* referuntur, (conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. p. 163.) ut חדד Hab. 1, 8. *acutus fuit*, it. *celer fuit*, sec. eundem BOCHARTUM l. c. Sic Græc. ἀκμὴ ποδῶν pro *celeritate pedum* dixit PINDARUS *Isthm.* VIII. 83. Vid. infra צִיר.

סָגוּר *aurum rubrum*, rad. Arab. *rubuit*, alias سرج *rubefecit*, it. *luxit*, *coruscavit*, & سغر *rubuit*.

עָמוֹק f. עֲמוּקָה Prov. 23, 27. *profundus*, rad. *profundum esse*.

עָצוּם *robustus*, it. *numerosus*, rad. *validus fuit* sive *numero* sive *robore*.

עָרוּם *callidus*, *rad. callidus fuit*.

עָשׁוּק vel עָשֹׁק, idem quod עָשׁוֹק, *injurius*, *violentus*, LUTHERUS, der unrecht thut, unde אדם עשוק בדם נפש *homo violentus* s. *injurius in sanguine animæ* Prov. 28, 17.

 rad.

rad. *violentus*, *injurius fuit*: *violenter egit*, & Transit. *vi*, *injuria oppressit*. Alibi est Transitivum, *oppressus*, ut Deut. 28, 29. Conf. Sect. I. §. 8. reg. 3.

עָתוּד sec. Kri Jes. 10, 13. in pl. עֲתוּדִים *parata*, *præsentia*, i. e. *facultates*, *opes*, Græc. ἡ οὐσία, τὰ ὄντα, τὰ ὑπάρχοντα, rad. Arab. *paratus fuit*, *adfuit*, unde Pih. Hebr. *paratum reddidit*, *paravit*.

צָנוּעַ *demissus*, *humilis*, rad. *demissus*, *humilis fuit*, in Hiph. *demisse*, *humiliter egit*.

שָׁחוּט Jer. 9, 7. *acutus*, i. e. *splendidissimus*, rad. *jugulavit*, *confodit*: *secuit*, & consequenter *acutus fuit*. Sic Arab. شحط *jugulavit*, & Intransit. *pungendi vi præditus fuit*. Conf. supra חָרוּץ.

שָׁלוּם 2 Sam. 20, 19. *integer*, rad. *integer*, *perfectus fuit*.

* * *

II. Masculinum פִּקּוּד vel פִּקֻּד, cum Fœmin. פְּקֻדָּה, פְּקֻדָּה, פִּקּוּדָה vel פְּקוּדָה, semel פִּקּוּדִית,

a) a Verbis *Actionis Transitivæ*, notat ACTIONEM TEMPORIS PRÆTERITI, Metonymice ejus OBJECTUM (b) vel MEDIUM.

אִבּוּס

(b) Actionem scil. passum perque eam productum, uti dictum supra p. 58. not. (ϛ).

אֵבוּס (c) proprie *saginatio*, & hinc Metonym. *præsepe, saginationis Medium*, rad. *saginare*. Sed אֵבוּס potius esse *aream*, sententia est GUSSETII, quam tamen ex instituto refellit Celeb. J. C. SCHWARZIUS in *Miscell. Theol. & Philol.* Differt. 7. qui mavult intelligere *horreum*, alias מַאֲבוּס, quomodo derivari potest ab Arab. أبش *collegit, coacervavit:* quia in horreo colliguntur fruges.

אֲגֻדָּה 1) *ligatio, nexus, fasciculus;* 2) *agmen, cohors*, ut חֶבֶל; sic بند Perf. est *vinculum*, Arab. *legio decem millium*, Syr. ܟܢܫܐ *coetus militaris*, & Lat. *manipulus furum* apud TERENTIUM & *manipulus militum* passim, German. **eine Bande;** 3) *ædificium* Amos. 9, 6. sec. ALB. SCHULTENS in *Observat.* ad Genes. p. 196. seq. a *firma compagine*, (conf. קשר Neh. 3, 38.) rad. Chald. *colligare*.

אֲחֻזָּה *possessio: res possidendo occupata*, rad. *possidere, tenere, occupare*.

אֵטוּן (pro אֶטּוּן) *funis, filum*, Meton. *linteum ex filis contextum*, Græc. ὀθόνη, Prov. 7, 16. Aliter CASTELLUS in *Lex.* & J. LUDOLFUS in *Comment. Histor. Æthiop.* p. 204. qui idem esse volunt cum Æthiop. ዕጣን : *thus, suffitus*.

אֲלֻמָּה *manipulus, fascis*, rad. *colligare*.

(c) Pro אֵבוּס ex Syrismo, sicut in Verbis nonnunquam, ut Exod. 16, 23. Jes. 21, 12. 14. c. 56, 9. 12. Zach. 7, 14. & in Nom. Propr. אֵהוּד Jud. 3, 15. אֵחוּד 1 Chron. 8, 6. unde (··) ejusmodi non mutatur, ut Jes. 1, 3. conf. DANZIUS in *Literat.* p. 259.

ACTIO TEMPORIS PRÆTERITI,

אֲסָפִּים & וֹת pl. *collectiones: res collectæ*, rad. *colligere.*

אֵסוּר (Formæ אֵבוּס, pro quo Chald. regulariter אֱסוּר Dan. 4, 12. 20.) *ligatio: vinculum, quo ligatur*, rad. *ligare.*

אֵפֻדָּה *amictus*, rad. *amicire*, *accingere.*

אֲרֻחָה *determinatio cibi: cibus determinatus, commeatus*, rad. ארח proprie videtur significare *secuit;* atqui Verba *Secandi* sensum habent tam *eundi* quam *definiendi:* (utriusque exempla habes ad צְלָחָה, ציר, פְּלִילָה, חָרוּץ &c.) hinc Hebr. est *ivit, profectus est*, Arab. *statuit, determinavit.*

אֱשׁוּן sec. Kri Prov. 20, 20. alias אִישׁוֹן; quod vid. Sect. VI. §. 10.

בִּזּוּי *contemtus, contemtio* Ps. 22, 7. rad. בזה *contemnere*, mutata tertia radicali ה in jod, sicut in Participio Pahul. Potest tamen etiam esse ipsum Pahul Constr.

גְּאֻלָּה *redemtio*, rad. *redimere.* Semel est *cognatio* Ezech. 11, 15. significatione petita a גּוֹאֵל *cognatus*, ad quem jus *redemtionis* pertinebat. Semel quoque radix גאל ponitur pro גלל Arab. in 2 Conj. *texit, operuit* Job. 3, 5. Vid. & גֹּאֵל.

גְּבוּל f. גְּבֻלָה *terminatio, terminus*, rad. *terminare.*

גְּדוּד 1.) *incisio, cæsura*, 2.) *sulcus*, q. d. *incisio terræ*, rad. גדד *incîdere: exscindere, vastare*, 3.) *turma, agmen*, idem quod אֲגֻדָּה, permutatis Formis: unde nova Verbi significatio *turmatim conveniendi* petita est.

גְּדוּפָה

Metonymice ejus OBJECTUM & MEDIUM.

גְּרוּפָּה *convitium*, rad. *convitiari.*

גְּמוּל, f. ה, *retributio: collatio beneficii*, *meritum*, rad. in genere *conferre*, ſpec. *retribuere.*

גְּרֻשָּׁה Ezech. 45, 9. *extruſio*, *expulſio*, rad. *expellere*, *ejicere.*

הֲמוּלָּה vel הֲמֻלָּה *contuſio, colliſio, ſtrepitus*, pro הלמה, idem cum הֲלוֹם, rad. הלם *contundere.*

הֲתֻלִּים pl. *illuſiones*, rad. *illudere.*

זְכוּר Exod. 23, 17. c. 34, 23. Deut. 20, 13. *mas*, q. d. *recordatio parentis*, *monumentum nominis paterni*, alias זָכָר eodem ſenſu, (conf. 2 Sam. 18, 18. & contra נְקֵבָה) rad. *recordari.*

חֲטֻבֹת Prov. 7, 16. omnes fere *tapetum* reddunt, quomodo idem eſt cum Chald. קטיפה, Syr. ܩܛܝܦܬܐ *tapetum*, Arab. قَطِيفَةٌ *ſtratum villoſum*, *boloſericum*, ab *involvendo:* nam Chald. קטף eſt *involvere*, *implicare.*

חֲלֻקָּה f. חִלּוּק *diviſio*, rad. *lævis fuit*, it. *diviſit* (d), ſemel ex Arab. *formavit*, *creavit* Deut. 4, 19. ad quem locum vid. quæ diſputat HACKSPANIUS in *Miſcell.* L. I. c. 3.

חֲמוּר

(d) Quæ ſignificatio videtur eſſe à חקל obſoleto, unde ſuperſunt חקל Aram. & Arab. *ager*, *campus*; vid. quoque 2 Sam. 14, 30. 2 Reg. 3, 19. Sed ſignificationem *dividendi* à *lævibus lapillis*, quibus ſortitio fiebat, arceſſit Doctiſſ. SCHULTENS in *Clave Dialectorum* p. 294. & in Notis ad HARIRIUM pag. 7.

ACTIO TEMPORIS PRÆTERITI,

חָמוּר *desiderium: res desiderata & expetita*, rad. *desiderare*.

חֲנוּטִים pl. *conditura*, *conditiones* Gen. 50, 3. al. est ipsum Pahul, rad. *condire*.

חֲנֻכָּה *initiatio, dedicatio*, rad. *dedicare, initiare*.

חֲרוּזִים pl. *ordines* vel *series margaritarum*, rad. Chald. *perfixit*, *perforavit*, *perforando in ordinem collegit*, Arab. *subulâ perforavit*. De *habenis* accipit COCCEJUS in *Lexico*.

חֲשׁוּקִים pl. *ambitus*, *cinctura*, *orbes*; sed *virgas*, quibus columnæ confererentur & aulæa sustinerentur, intelligit COCCEJUS, quem sequitur CLERICUS, rad. in genere *amplecti*, spec. *amore*, *desiderio*.

חֲתֻלָּה *involutio*, i. e. *fascia*, *qua fit involutio*, rad. *fasciare*, *fasciis involvere*.

טְבוּל Ezech. 23, 15. *tinctura*, vulgo *tiara versicolor*, *mitra picta*, ut OVIDIUS vocat, rad. *tingere*, *intingere*.

יְסֻד & יְסוּדָה *fundatio: fundamentum*, quo ædificium *firmatur*, rad. *fundare*, *firmare*.

יְצוּקָה *fusio*, *fusura*, rad. *fundere*. Aliud est Particip. fœm. a יָצוּק *fusus*.

יְצֻרִים pl. Job. 17, 7. vulgo *membra formata*, rectius *cogitationes*, *cogitata*, *res animo conceptæ*, ut יֵצֶר, coll. וְפָח vers. 11. rad. *fingere*, *formare*, Metaph. *mente concipere*, *meditari*, ut Ps. 94, 20. Jer. 18, 11.

יְרֻשָּׁה

Meton. ejus OBJECTUM & MEDIUM.

יְרֻשָּׁה *possessio jure hæreditario occupata*, *hæreditas*, rad. *jure hæreditario possidere* vel *occupare*.

יְשׁוּעָה *servatio*, *liberatio*, *auxilium*, *salus*, rad. *servare*, *liberare*, *auxiliari*.

כְּלוּב *cavea*, it. *canistrum*. MAJUS & STOCKIUS radici inusit. tribuunt sensum *custodiendi* & *asservandi*: hinc כְּלוּב *custodiæ & asservationis* Medium. Sed KROMAYERUS confert radicem Arab. quæ sensum habet *consuendi* vel *contexendi*, quod canistrum ex viminibus sit *contextum*.

כְּלוּלוֹת pl. *sponsalia*, q. d. *consummationes matrimonii*, rad. *consummavit*, *perfecit*. Vel formatum est a כַּלָּה *sponsa*.

כְּסוּי *tectio* i. e. *tegumentum*, *quo tegitur*, rad. כסה *texit*.

כְּרוּב *Cherub*, nomen Angelorum, varie derivatur. HILLERUS in *Onom. S.* p. 58. & 168. it. in *Syntagm. Hermen.* p. 292. post SEB. SCHMIDIUM in Oratione de *Cherubim*, (quæ exstat in ejus Diatribe de *Cherubim* & *Seraphim* pag. 147. seq.) radici inusit. כרב tribuit notionem *operiendi* & *tegendi*, (quomodo omnino convenit Græc. *κρύβω* s. *κρύπτω*,) unde & Quadratum כַּרְבֹּל, & *Cherubinos* dictos vult a *tegendo*. Quidam, secuti ABEN ESRAM, כְּרוּב ad quamvis *imaginem* referunt, coll. rad. Syr. ܟܪܰܒ *simulare*, *fingere*, unde ܟܳܪܽܘܒܳܐ *effictor*, *formator imaginum*: quo etiam tendunt NEUMANNUS in *Genesi L. S.* p. 80. &

K Celeb.

ACTIO TEMPORIS PRÆTERITI,

Celeb. SCHULTENS in Notis ad HARIRIUM pag. 132. Plures conjecturas, minus probabiles, dabunt alii.

לְבוּשׁ *vestitus*, rad. *vestire, induere.*

לְחוּם vel לְחֻם Zeph. 1, 17. Job. 20, 23. *comestio: cibus comestus*, rad. *edere, consumere.*

מְנוּחָה Jer. 51, 59. sec. HILLERUM in *Onom. S.* p. 92. id. cum מְנֻחָה, quod vid. suo loco. Alibi מ est servile.

מְרוּקִים pl. *mundationes*, rad. *abstergere, polire, mundare.*

נְאֻם *dictio: dictum*, rad. *dixit.* Vid. Jer. 23, 31.

נְבוּאָה *vaticinium, prophetia, inspiratio*, vid. Cap. seq. נָבִיא.

נְצוּר Jes. 65, 4. *speculatio, insidiæ*, h. e. *spelunca*, in qua fit *speculatio & insidiatio;* sed f. נְצוּרָה ipsa *observatio & insidiæ* Prov. 7, 10. rad. *observare*, alias נטר Arab. *speculari.*

נְתוּנִים pl. *donationes: dona* Num. 3, 9. rad. *dare, donare.*

סְבוּאִים pl. *potationes* Nah. 1, 10. rad. *potare*, Germ. sauffen.

סְגֻלָּה *acquisitio: peculium acquisitum*, rad. Chald. *acquirere, lucrari.*

עֲרֻבָּה *sponsio* Prov. 17, 18. sed 1 Sam. 17, 18. vulgo exponitur *pignus, arrha*, ut עֵרָבוֹן, rad. *spondere: oppignerare.*

עֲרוּתָה

Meton. ejus OBJECTUM & MEDIUM.

עֲרוּגָה & עֲרֻגָה *areola*, q. d. *elatio terræ*, rad. in genere *extollere*, spec. *vocem:* hinc Arab. & Æthiop. *ascendere*, *extollere se*, & de plantis, *progerminare;* conf. Synon. pl. מִגְדָּלוֹת Cant. 5, 14. similiter ab *elatione*. Alii non incongrue deducunt ab עָרַךְ *ordine aptare*, *disponere*, ג & ךְ permutatis, vel Radicibus cognatis confusis: & sic conf. Verbum Synon. ערר Jes. 5, 6. c. 7, 25.

עָרוּץ Job. 30, 6. ערוץ נחלים *ruptura fluminum* i. e. *a fluminibus facta*, vel *fissura*, *caverna vallium*, rad. *rumpere*, *frangere*.

עֲשׁוּקִים pl. *oppressiones* Amos. 3, 9. Eccles. 4, 1. quo etiam referri potest Job. 35, 9. rad. *opprimere*.

פֹּארָה (ex Syrismo pro פְּאֻרָה) *frons*, q. d. *ornamentum arboris*, alias פֹּארָה, quod vid. Cap. seq. 5.

פְּדוּי *redemtio*, h. e. *pretium*, *quo redimitur* Num. 3, 46. conf. c. 18, 16. rad. פדה *redemit*.

פְּטוּר *apertura*, vel sec. ALB. SCHULTENS ad Num. 3, 12. *fissio* i. e. *eruptio*, rad. *aperire*, proprie *findere*.

פְּלֻגָּה *divisio*, *classis*, rad. *divisit*.

פְּעֻלָּה *operatio*, *actio*, it. *merces operando comparata* Levit. 19, 13. rad. *operari*, *agere*, *facere*, *parare*.

פְּקוּד f. פְּקֻדָּה 1.) *visitatio*, *recensio* Exod. 30, 12. 2.) *commissum*, *depositum*, 3.) *præfectio*, *præfectura*, & per Metonymiam *Abstracti* pro *Concreto*, *homines præfecti*, *collegium præfectorum* Jes. 60, 17. 1 Chron. 23, 11. 2 Chron. 24, 11. rad. *visitare*, *recensere*, *committere*, *præficere* &c.

ACTIO TEMPORIS PRÆTERITI,

פְּרוּדָה *ſatio*: *ſatum* Joël. 1, 17. rad. *ſeparare*, Chald. tranſpoſ. פרד *ſpargere*, *diſpergere*, alias ברר.

צְפוּן *abſconſio*, Meton. *latibulum*, *abſconſionis* Medium, Ezech. 7, 22. rad. *abſcondere*.

קְבֻצָה *congregatio*, *collectio*, rad. *congregare*, *colligere*.

קְבוּרָה & קְבֻרָה *ſepultura*: *ſepulcrum*, in quo ſepelitur, rad. *ſepelire*.

קְוֻצּוֹת pl. Cant. 5, 2. 12. *capilli apte præciſi*, BOCHARTO in *Hieroz.* P. II. p. 199. & ALBERTO SCHULTENS in *Animadverſ.* ad l. c. *antiæ*, a קצץ *præcidere*, ſpec. apud Arabes, *forfice comas*, (conſ. Synon. מַחְלָפוֹת & Jer. 9, 25. c. 25, 23. c. 49. 32.) ſed Forma eſt a קוץ.

רְכֻלָּה *negotiatio*, *mercatura*, *delatio mercium*, rad. *detulit merces*, *negotiatus eſt*.

רְכוּשׁ *acquiſitio*: *acquiſitum*, *facultates*, rad. *acquiſivit*.

רְפוּאָה *curatio*, *ſanatio*, it. Medium *curationis*, *medicamentum*, rad. *curare*, *ſanare*.

רְתֻקָה *ligationis* Medium, *catena*, rad. *ligare*, *vincire*.

שְׁבוּעַ Ezech. 21, 23. *juratio*, fœm. שְׁבוּעָה *juramentum*, q. d. *ſeptatio*, quod 7 teſtibus vel pignoribus confirmaretur Gen. 21, 28-30. Formatum eſt a שֶׁבַע *ſeptem*. Poſſet etiam ad ſeq. Claſſem referri.

שְׁלוּחָה *propago ab arbore emiſſa* Jeſ. 16, 8. alias שֶׁלַח, rad. *miſit*, *emiſit*; conſ. Jer. 17, 8. Ezech. 17, 6. 7. &c.

שְׁמוּעָה

Metonymice ejus OBJECTUM & MEDIUM.

שְׁמוּעָה *auditio rei novæ: auditum, fama*, Græc. ἀκοή, rad. *audire*.

שְׁמֻרוֹת pl. Pſ. 77, 5. *palpebræ*, q. d. *custodiæ oculorum*, al. *vigiliæ*, rad. *custodire*, Arab. *vigilare*.

שְׁפוּט *judicium*, rad. *judicare*.

תְּכוּנָה *diſpoſitio, expenſio*, rad. תכן *diſponere, expendere*, huc refero, coll. Ezech. 43, 10. & 11.

* * *

b) A Verbis *Actionis Intranſitivæ* & *Paſſionis*, notat

ACTIONEM & PASSIONEM TEMPORIS PRÆTERITI, Metonymice ejus SUBJECTUM & MEDIUM.

אֱלוּל nomen menſis Hebræorum, vid. infra אֱלִיל.

אֲרֻבָּה *ſpeculatio, proſpectus*, h. e. *feneſtra, foramen*, per quod proſpicitur, rad. ארב ſec. STOCKIUM in genere *proſpexit*, ſpec. *ad inſidiandum*: quo pacto convenit cum Arab. tranſpoſ. رقب *ſpeculator, obſervator exſtitit* aliis.

אֲרֻכָה & אֲרוּכָה *prolongatio*, ſcil. *vitæ*, rad. *prolongatus fuit*; vel potius *ſanatio, redintegratio*, ex ſignificatione radicis Arab. *ſanatum eſt* vulnus.

ACTIO vel PASSIO TEMPORIS PRÆTERITI,

אֲשׁוּר *greſſus, inceſſus*, rad. *incedere*. Obſcurum eſt אֲשֻׁרִים Ezech. 27, 6. R. SALOMO, MERCERUS, BOCHARTUS, COCCEJUS & alii ut unam vocem legunt, בתאשורים. quo etiam tendit Paraphraſtes Chaldæus. Sed vid. GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* p. 101. & HILLERUS in *Syntagm. Hermen.* p. 137. qui אֲשׁוּר h. l. idem plane eſſe putat cum תְּאַשּׁוּר. Commodam explicationem ſuppeditat Arabiſmus, ubi radix أشر ſignificat *incîdere, exacuere* dentes, ſerratos eos faciendo: ſic ergo שן בת אשורים eſt *dens filia inciſurarum*, h. e. *ebur inciſuris figuratum* vel *artificioſe inſculptum*. Ad conciliandam vero ſignificationem *ſecandi* & *eundi* conf. ſupra אֲרֻחָה.

גְּבוּרָה, quando pro *victoria* accipitur & ſequenti חֲלוּשָׁה opponitur, huc referri poteſt, alias pertinet ad ſeq. Claſſem.

זְבוּל & זְבֻל (cum ה parag. זְבֻלָה Hab. 3, 11.) *habitatio: habitaculum, habitationis* Medium, rad. *habitare, cohabitare.*

זְנוּן *ſcortatio*, Formam habet a זנן, ſed ſignificationem a זנה *ſcortari.*

חַבּוּרָה *vibex*, q. d. *conſociatio & coagulatio ſanguinis*, rad. *conſociare ſe.*

חֲלוּשָׁה *debilitatio, clades*, rad. *debilitare: debilitari.*

חֲנֻפָּה *hypocriſis*, al. *pollutio, contaminatio*, vid. חָנֵף.

חֲתֻנָּה *initio affinitatis*, ſcil. per conjugium: *deſponſatio, nuptiæ*, formatum a חָתָן *ſponſus.*

יְכוֹל

Meton. ejus SUBJECTUM & MEDIUM.

יְבוּל & per Aphæresin בּוּל, *proventus*, *productio fructuum: fructus a terra prolatus*, rad. *provenire*, *prodire*. Sed בּוּל mensis nomen, est pro נְבוּל q. d. *casus*, scil. foliorum, vel sec. KIMCHIUM q. d. *delapsus pluviæ:* & sic conf. מַבּוּל, rad. נבל *cadere*, *decidere*. Neque etiam abludit radix Arab. وبل *imbrem effudit*, *copiose pluit*, (unde وَبْل *imber*,) & בלל *madefecit: humidus fuit*, *maduit*, Pf. 92, 11. sicut Chald. מַרְחֶשֶׁת est a רחש *eructavit*, *effudit*, Æthiop. *maduit*, *humidus fuit*. Aliud quoque est בּוּל Jes. 44, 19. idemque cum Arab. وَبِيل *baculus crassior*, *fustis*.

נְדֻדִים pl. Job. 7, 4. *jactationes*, rad. *jactari*, *vagari*.

עֲבֹדָה *servitium*, *servitus*, & per Metonymiam *Abstracti* pro *Concreto*, ipsi *servi & servæ*, ut Græc. θεραπεία Luc. 12, 42. ac Lat. *famulitium* & *servitium*, rad. *servire*.

קְדוּמִים pl. Jud. 5, 21. vulgo *antiquitates*, aliis rectius *præventiones*, h. e. *victoriæ*. *Kison* vocatur *torrens victoriarum*, a victoria Israelitarum, quam laudibus effert Debora. Nam radix קדם est *præcessit*, non tantum *tempore* aut *loco*, sed etiam *robore & fortitudine*, ut 2 Sam. 22, 19. Pf. 17, 13. Pf. 18, 19. sic Arab. *valde animosus fuit*, in 4 Conj. *audacior ivit contra hostem*.

רְכוּב *vehiculum*, *vectionis* Medium, rad. *vehi*.

שְׁקוּף 1 Reg. 6, 4. vulgo *prospectus*, rad. *prospicere*, proprie *protendi*, *prominere*, *exstare*, *exsertum esse*, *extendere*

dere se, ut Num. 21, 20. 1 Sam. 13, 18. hinc *desuper prospectare.* Est ergo שְׁקוּף *exsertio* vel *protensio*, h. e. *projectura*, *prominentia super fenestris & janua*, quibusdam *superliminare.* Conf. מַשְׁקוֹף (e).

c) A Verbis *Qualitatis* & *Status*, notat QVALITATEM & STATUM, Metonymice ejus SUBJECTUM.

אֵמוּן (pro אֱמוּן ex Syrismo, vid. supra אֵבוּס) f. אֱמוּנָה & אֱמֻנָה 1 Sam. 26, 23. *firmitas*, *constantia*, *fidelitas*, semel ex Arab. *securitas* Ps. 37, 3. sec. LUD. de DIEU & ALB. SCHULTENS. Vid. supra אָמֵן.

גְּבוּרָה *robur*, *fortitudo*, *potentia*, *prævalentia*, rad. *fortis*, *validus fuit*, *valuit*, *prævaluit.*

גְּדֻלָּה & גְּדוּלָּה *magnitudo*, rad. *magnus fuit.*

זְכוּכִית Job. 28, 17. varie exponunt: quidam *adamantem*, gemmam nitidissimam, rad. *purus*, *nitidus fuit*; LXX. ὕαλον: at ὕαλον & *vitrum* & *crystallum* & *succinum* (voce cognata) notare, observat FULLERUS in *Miscell. S.* L. IV. c. 9. unde ab HIERONYMO & aliis vertitur *vitrum*, ut Chald. & Syr. זגוגיתא, ab aliis *crystallus*, quo sensu Arab. زُجَاج interdum sumi, notat Doctiss. SCHULTENS ad l. c.

יְתוּר

(e) Concinunt radices cognatæ, Arab. سقف *tecto operuit domum*, (unde sckfon *tectum domus*, *umbraculum*) سجف *umbraculum posuit supra domum*, سكف *ostio limen superius confecit*, Syr. ܣܩܦ *tegumento induit*, & transpos. سفق *texit*, *obumbravit ostium*, *januæ tectum induxit*, quo à pluvia defenderetur, q. d. *januæ prominentiam* vel *projecturam fecit.*

QVALITAS vel STATUS, Meton. ejus SUBJECTUM.

יִתְרוֹן Job. 39, 8. *abundantia*, al. *præstantia*: *præstantissimum*, rad. *excellere*: *abundare*.

כְּבוּדָּה *gravitas*: *res gravis, sarcina*, Gallice *bagage*, al. *pretiosum*, Jud. 18, 21. rad. *gravis fuit*.

כְּהֻנָּה *dignitas sacerdotalis*, *status sacerdotis*, formatum a כֹּהֵן *sacerdos*.

מְלוּכָה *imperium*, *dignitas regia*, rad. *rex fuit*, *regnavit*.

עֱזוּז & עֲצוּם Pſ. 10, 10. *robur, vis*, rad. עזז & עצם *robustus fuit*.

תְּנוּךְ *tenerum auris*, ignotæ originis.

Huc referri poſſunt Nomina quædam *ætatum*, ut בְּחֻרִים Num. 11, 28. f. בְּחוּרוֹת, *juventus*, *status juvenis*, בְּתוּלִים *virginitas, status virginis*, זְקֻנִים *senectus, status senis*, נְעוּרִים & -וֹת- *pueritia*, *adoleſcentia*, *status pueri & adoleſcentis*, עֲלוּמִים *adoleſcentia*, formata a בָּחוּר, בְּתוּלָה, זָקֵן, עֶלֶם & נַעַר. Sub forma plurali venire videntur, quia diverſa tempora pluresque ætatis continuo creſcentis gradus involvunt.

§. X.

His vulgo nullo diſcrimine ſubjici ſolent Imperfecta a Verbis *Quieſcentibus media radicali*, Formæ בָּקֵן: quæ nos duplicis eſſe generis deprehendimus. Quædam enim a Verbis

Actionis & *Passionis*, *Temporis* sunt *definiti* Formæque Perfectæ פָּקוֹד respondent, ut בּוֹז *contemtus*; quædam vero *Temporis indefiniti*, rectius ad Formam פָּקוֹד referuntur, ut עוֹל *infans, qui lactatur.*

Ut enim in ipsis Verbis Forma קוּם duplex est, altera, quæ Participium *Pahul*, altera, quæ Infinitivum exprimit: sic & κατ' ἀναλογίαν in Nominibus illis Forma בּוֹז respondere debet cum Formæ פָּקוּד, tum Formæ פְּקוֹד, ut quæ ejusdem terminationis est cum Infinitivo, commodeque ab eo derivatur; conf. infra §. 19.

§. XI.

Ad פָּקוֹד vel פְּקוֹד referri possunt sequentia exempla Formæ בּוֹז (f) cum Fœmin. בּוּזָה: quæ

a) a Verbis *Actionis Transitivæ*, exprimunt ACTIONEM TEMPORIS PRÆTERITI, vel ejus OBJECTUM & MEDIUM.

בּוֹז

(f) Quæ utrique Formæ, tam Kametzatæ פָּקוּד, quam Schevatæ פְּקוּד respondet: dicitur enim e. g. חוּם pro חָווּם & בּוּז pro בְּווּז.

בּוּזָה f. בַּזָּה Neh. 3, 36. idem quod בִּזּוּי, *contemtus*, rad. בּוּז *contemnere*.

בּוּקָה vulgo *evacuatio*, coll. rad. בּקק *evacuare*, al. *depopulatio*, ex significatione Arab. Vid. suo loco מְבוּקָה.

גּוּפָה *corpus*, vid. infra גְּוִיָּה.

דּוּגָה *piscatio*, rad. דּוּג *piscari*.

דִּין sec. Kri Job. 19, 29. *judicium*, rad. דִּין *judicare*.

חוּג *circulus*, *orbis circinando descriptus*, rad. *circinare*.

חוּט *filum*, q. d. *consutio*, i. e. quo consuitur, rad. Syr. & Arab. חוּט, Chald. חֲיַט & חטט *suit*, *consuit*.

טוּר *ordo*, q. d. *dispertitio*, *divisio* rerum, rad. Arab. *partiri*, *dispertiri*.

מוּל *oppositio*, hinc Præpos. *contra*, *è regione*, significationem habet a radice Arab. مل *opposuit*, Formis Verborum alternantibus. Est quoque מוּל Particip. Pahul, *circumcisus*; sed fœm. מוּלָה *circumcisio*, a מוּל *circumcidit*.

סוּחָה *purgamentum*, *sordes everrendo expurgatæ* Jes. 5, 25. rad. סוּח, alias סחה, *everrere*, *removere*.

סוּפָה *turbo*, q. d. *abreptio pulveris*, *stipularum*, *foliorum* &c. Formam habet a סוּף, sed significationem ab אסף vel ספה *auferre*, *disperdere*, unde Chald. Geminat. ספסף *dispergere*, *disjicere*, & Arab. سفا *abripuit*, *asportavit dispersitque* pulverem ventus. Vid. quoque A. SCHULTENS *Orig. Hebr.* p. 361.

עוּגָה vel עֻגָה *placenta cocta*, rad. עוּג *coquere*, spec. *placentas.*

פּוּר *sors*, q. d. *fractio rerum dubiarum*, i. e. qua res dubiæ dirimuntur & explicantur, secundum illud Prov. 18,18. rad. פּוּר *separare* Ps. 74,13. *frangere: frangi*, unde Chald. & Arab. פרפר *conterere*, *comminuere*; conf. פְּלִילָה & שֶׁבֶר. Sic קרע *rumpere*, *frangere*, Arab. est *sortiri.* Convenit Arab. فرّ & بار *explorare*, *indagare.* Vulgo tamen Persicum esse putatur. Aliorum sententias vide apud PFEIFFERUM in *Dub. Vex.* ad Esth. 3,7. Adde DRUSIUM in *Observat. S.* L. XII. c. 5. Sed fœm. פּוּרָה *torcular*, q. d. *contritio & comminutio uvarum.*

צוּקָה *pressura, coarctatio*, rad. *arctare, premere.*

צוּר sec. Kri Ps. 49, 15. f. צוּרָה Ezech. 43, 11. *forma*, rad. צוּר, alias יצר, *formare*, *fingere.* Aliud vid. infra.

קוּר *tela* vel *reticulum araneæ*, q. d. *captatio*, i. e. quo muscæ, culices & id genus animalculorum capiuntur, rad. Arab. *captavit*, *circumvenit prædam*, in 5 Conj. *inflexit se*, *torsit se* ut serpens.

שׁוּר *murus*, q. d. *cinctura & protectio urbis*, rad. Æthiop. *texit*, *protexit*; vel ab Hebr. שׁוּר, si hoc sec. Aben-Esram proprie sit *circuire*, *cingere*, quam significationem etiam habere Arab. سور observat Celeb. SCHULTENS in *Animadvers.* ad Job. 33, 27. Conf. חוֹמָה.

* * *

b) A Verbis *Actionis Intransitivæ* & *Passionis*, notat

ACTIO-

ACTIONEM & PASSIONEM TEMPORIS PRÆTERITI, vel ejus SUBJECTUM & MEDIUM.

בּוּשָׁה *pudefactio, pudor*, rad. *pudefieri.*

זַוְעָה sec. Kethibh Jer. 15, 4. c. 24, 9. *commotio*, rad. *commoveri.*

חוּר Jes. 42, 22. & חֹר c. 11, 8. *foramen, prospectus* Medium, ut אֲרֻבָּה, rad. Chald. & Syr. *prospicere*. Alii deducunt à חרר Chald. *perforare.*

חוּשׁ & חָשׁ Num. 32, 17. Job. 20, 2. *festinatio*, rad. *festinare.*

נוּב *proventus*, rad. *provenire*. Conf. supra יְבוּל.

פוּגָה *cessatio*, rad. *cessare.*

פוּקָה *vacillatio*, rad. פוּק *vacillare*. Sed Hiph. הֵפִיק Ps. 140, 9. Prov. 3, 13. c. 8, 35. c. 12, 2. c. 18, 22. significationem accipit ab inusit. יפק, Arab. وفق *bene cessit*, in 3 Conj. *offendit, occurrit* alicui, in 8. *evenit, contigit.*

שׁוּבָה *reditus, conversio*, rad. *redire, reverti.*

שׁוּחָה *fovea, locus terræ depressior*, rad. *deprimi, inclinari.*

שׁוּעַ 1.) *vociferatio, clamor*, rad. *clamare*, 2.) *divitiæ, opes* Job. 36, 19. quod est ab Arab. وسع *opibus polluit*, in 4 Conj. *liberalitate usus fuit*, unde & שׁוֹעַ *dives, opulentus: liberalis.*

* * *

c) A Verbis *Qualitatis* & *Status*, indicat QVALITATEM & STATUM, vel ejus SUBJECTUM.

L 3 אוּל

אוּל *robur*, vid. אֵיל Sect.V, c. 3.

אוּר *ignis*, rad. *lucidum esse*, *lucere: lucidum fieri*, *illuminari.*

בּוּץ *byssus*, lini candidissimi species, a rad. Arab. باص *nitido colore fuit*, & per Dad, *superavit albedine*, alias بضّ & وبص *splenduit*, it. وصا *nitidus*, *mundus fuit*, *superavit nitore.*

דּוּר 1.) *pila rotunda*, 2.) *rogus*, *strues lignorum rotunda*, rad. Arab. *gyrum egit*, in 10 Conj. *rotundus fuit.* Vid. quoque מְדוּרָה.

חוּם *niger*, significationem habet a חמם Hebr. *caluit*, Arab. *niger fuit.*

חוּר *albus*, rad. Chald. & Arab. *albere.* Aliud vid. supra,

טוּב *bonitas: bonum*, rad. *bonum esse.*

כּוּר *fornax*, sec. MAJUM a rad. Syr. כור in Ethpah. *aestuare*, *calere.*

לוּחַ sec. Doctiss. SCHULTENS in Notis ad HARIRIUM p. 71. *omnis res lata ac plana, quae procul micans oculos ferit: tabula*, *album*, rad. Arab. *micuit*, *splenduit*, *apparuit.*

פּוּךְ 1.) *fucus*, *stibium*, 2.) gemmae nomen, vulgo *carbunculus* vel *carbunculi species*, alias נֹפֶךְ, ignotae originis. Sed *gypsum* esse, contendit GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* *Electrum* sive *succinum Prussicum* intelligit OL. RUDBECKIUS Fil. Plura vid. apud LUDOLFUM in *Comment. Histor. Aethiop.* p. 108. seq.

צוּר

צוּר 1.) *petra & scopulus*, proprie *acutus & præruptus*, qualem describit VIRGILIUS *Æneid.* VIII. 233.

Stabat acuta silex, præcisis undique saxis;

(conf. שֵׁן) vel *fissus*, *fissuras habens*, 2.) *acumen*, *acies*, unde חַרְבוֹת צוּרִים *cultri acierum* i. e. *acuti*, al. *cultri petrarum* h. e. *saxei*, Jos. 5, 2. & contra צוּר חֶרֶב *acies gladii* Ps. 89, 44. rad. Arab. *fidit*, *secuit*, & consequenter *acutus fuit*. Conf. Cap. seq. צִיר.

רוּם & רָם *altitudo*, it. *altus* Prov. 21, 4. rad. *altum esse*.

§. XII.

Indefiniti Temporis sunt adeoque proprie ad Formam פָּקוֹד pertinent, saltem sequentia.

a) A Verbis *Transitivis*.

דּוּד *vas*, *positionis* Medium, cui aliquid imponi & injici solet, ut *abenum*, *olla*, *canistrum*, a rad. inusit. דוּד, alias יָדַד & יָדָה *jecit*, *projecit*, Æthiop. ወደየ : *indidit*, *injecit*, *imposuit*, unde መደየ : *vas quodlibet*, *repositorium*. Quia igitur דּוּד dicitur pro דּוֹד, hinc in plur. facit non tantum דּוּדִים, sed & דְּוָדִים 2 Chron. 35, 13. sicut a חוֹחַ fit חֲוָחִים, a שׁוֹר שְׁוָרִים: qua de re vid. Sect. V. §. 8. Sed de pl. דּוּדָאִים Jer. 24, 1. vid. Sect. seq.

טֻחוֹת pl. (unde cum Præfixo בַּטֻּחוֹת Ps. 51, 8. Job. 38, 36.) *renes*, quod adipe sint *obducti*, rad. *obduxit*, Arab. in 2 Conj. *obduxit pinguedine* vel *adipe*, & Intransit. *adipe plenus*

plenus fuit. Conf. כִּשָׂה Deut. 32, 15. כסות Job. 15, 27. & in Levitico passim de adipe, it. סגר Ps. 17, 10. Talm. מסורבל *pinguis, obesus*, a סרבל *texit*, &c. vid. quoque BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. p. 503. Sed ב in בַּטֻּחוֹת esse radicale, ut Job. 12, 6. contendit GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* pag. 300.

מום *macula, labes*, vid. מַיִם Sect. V. c. 3.

עויל *infans, qui lactatur*, rad. עול *lactavit*, Arab. عال *nutrivit*, alias غل *lactavit*: unde Particip. fœm. עָלָה Gen. 33, 13. 1 Sam. 6, 7. Jes. 40, 11. Ps. 78, 71. quo GUSSETIUS & SCHULTENS etiam referunt Gen. 49, 4.

שׁוּל *fimbria, lacinia*, quod per terram *trahatur*, rad. Arab. شال, Hebr. שלל *traxit*. Vid. infra שִׁיל. Sic Græc. *σύρμα* est a *σύρω trabo.*

שׁוּם *allium*, ab *odore*, significationem habet ab Arab. شمّ, alias نسم Syr. ܢܣܡ, *odoratus est.*

*
* *

b) A Verbis *Actionis Intransitivæ* sunt sequentia.

אוּר *titio*, ejusdem originis cum אֵיד *vapor*. Videtur radici inusit. competere sensus *fumandi & vaporandi*: unde אוּר *titio, lignum fumans*; vid. Jes. 7, 4.

דּוּמָה *silentium*, rad. *silere*.

חוּץ 1.) *platea, ambulationis & circuitus* Medium, 2.) *pars rei exterior, quicquid extra est*, q. d. *cinctura* vel *ambi-*

ambitus rei, hinc Adverb. *foris*, *extra:* ejusdem originis est cum חַיִץ, a rad. חיץ Syr. & Æthiop. *cinxit*, *circumdedit*, Arab. حاض *circumivit*, *obivit*, alias חוט Syr. & Arab. id.

לוּז *corylus*, sec. URSINUM sic dicta, quod facile decorticetur, aut quod ejus virgæ sint *flexiles*. Aliis coll. Arab. est *amygdalus*, (quod defendit BOCHARTUS in *Canaan* p. 697.) sec. HILLERUM in *Hierophyt.* sic dicta, quod extima maturi fructus tunica dehiscens ab interiori putamine osseo *recedat* & *separetur*, rad. *recedere*, *deflectere*.

לוּל *cochlea*, vid. לֻלָאוֹת Sect. seq.

נוּחַ *quies* 2 Chron. 6, 41. rad. נוח *quiescere*.

נוּמָה *dormitatio*, rad. *dormitare*.

סוּף *alga*, *juncus*, ad *extremitatem* maris, stagni vel fluminis crescens, rad. *finitus est*, Arab. *proxime accessit ad terram*.

צוּלָה. *profunditas*, *profundum*, q. d. *submersio*, ubi res submerguntur, significationem accipit a צלל *tegi*, spec. vel *tenebris*, & sic *obtenebrari*, vel *aquis*, quod est *submergi*. Sed ab Arab. صال *sæviit vehementi impetu*, deducit Doctiss. SCHULTENS in Notis ad HARIRIUM p. 152.

צוּף *favus*, melle fluens, rad. *fluere*.

רוּחַ 1.) *flatus*, *halitus*, *ventus*, 2.) *spiritus*, ut Græc. πνεῦμα, *substantia incorporea*, *anima*, sua subtilitate aëri vel vento quodammodo similis, &, dum spiritum ducimus, corpori nostro præsens, dicente CLERICO in *Arte Critica* Vol. I. p. 269. rad. *spiravit*, *flavit*.

שׁוּק *platea, ambulationis & discursitationis* Medium, rad. *ire, currere.* In plur. facit שְׁוָקִים, tanquam a שׁוֹק; vid. supra דּוּר.

שׁוּר *inimicus, hostis*, alteri insultans, rad. Chald. *saliit, insiliit*, it. *superbus, insolens fuit*, Arab. سار *insiliit*, in 6 Conj. *in invicem insultarunt*, unde سَوَّار *insultator, socios lædens.* Non abludit quoque Arab. شر in 3 Conj. *malefecit, adversatus est.*

CAPUT IV.

DE FORMA פָּקִיר IN SPECIE.

§. XIII.

A Forma פָּקוּד non multum differt tertia Formarum Nudarum Levium פָּקִיד. Conf. HILLERUS in *Gram. Hebr.* p. 688. & in *Onomast. S.* p. 37.

Hinc 1.) quandoque nullo fere discrimine usurpantur, ut אָסוּר & אָסִיר *vinctus*, בָּחוּר & בָּחִיר *electus*, יָלוּד & יָלִיד *natus*, מָשׁוּחַ & מָשִׁיחַ *unctus*, נוּב & נִיב *proventus*, פָּקוּד & פָּקִיד *præfectus*, שׁוּחָה & שִׁיחָה *fovea*, שָׁתוּל & שָׁתִיל plan-

plantatus, um. Sic Propr. פְּרוּדָא Esr. 2, 55. idem est cum פְּרִידָא Neh. 7, 57. & Compos. פְּנוּאֵל Gen. 32, 32. idem cum פְּנִיאֵל vers. 31. 2.) Toties in Kethibh & Kri permutantur: vid. modo Gen. 36, 5. 14. Num. 1, 16. Jud. 16, 21. 25. 2 Sam. 13, 32. 1 Reg. 16, 34. 2 Reg. 23, 36. Jes. 10, 13. c. 49, 6. Jer. 18, 22. c. 37, 4. c. 52, 31. Ps. 17, 14. Ps. 49, 15. Job. 7, 5. c. 19, 29. Esr. 2, 50. 1 Chron. 6, 20. c. 7, 10. c. 9, 33. &c. Quo etiam referri possunt Gen. 39, 20. Num. 26, 9. Jud. 7, 13. 1 Reg. 6, 5. Jes. 57, 19. c. 62, 3. Jer. 8, 7. c. 14, 3. 14. c. 18, 15. 16. c. 48, 4. Ezech. 4, 15. c. 22, 18. Zach. 11, 2. Esth. 8, 13. Esr. 8, 17. 1 Chron. 24, 24. &c. quamvis de his aliter sentiat HILLERUS, cui Vav Textuale symbolum est alterius lectionis cum Chirek Defectivo, in *Arcano Kri & Kethibh* L. I. p. 114. seq. & L. II. c. 1. & 2. 3.) Chaldæorum & Syrorum Participium Præt. פְּקִיר τῷ פָּקוּר Hebræorum respondet eique ortum suum debet.

§. XIV.

Conveniunt nimirum duæ illæ Formæ in hoc, quod utraque *Actionem* vel *Passionem Temporis Præteriti* involvat. Differunt tamen quodantenus. Nam 1.) פָּקוּד magis *τὸ factum esse* sive *Actionem* & *Passionem ipsam*, contra פָּקִיד magis *τὸ esse* respicit sive

Statum, qui Actionem & Passionem subsequitur.

II. Forma prior magis *Participialiter*, altera magis *Nominaliter* usurpatur.

Sic ergo e. g. אָסוּר & אָסִיר differunt, ut German. **einer der gebunden worden**, & **einer der gebunden ist.**

§. XV.

Hinc I. Masculinum פָּקִיד

a) a Verbis *Actionis Transitivæ*, exprimit OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ, ut אָסִיר *vinctus* (g).

b) A Verbis *Actionis Intransitivæ* & *Passionis*, exprimit SUBJECTUM ACTIONIS & PASSIONIS PRÆTERITÆ, ut יָצִיא *filius egressus e lumbis paternis.*

c) A

(g) Conveniunt ergo Græcorum Verbalia in *τὸς*, ut *ἀγαπητὸς dilectus*, *κλητὸς vocatus*, *ῥητὸς dictus* &c. Repetenda vero hic sunt supra præmonita c. 3. not. (ρ), ut יָלִיד *natus*.

c) A Verbis *Qualitatis* & *Status*, significat CONCRETUM ſive SUBJECTUM QUALITATIS & STATUS, ut אָבִיר *fortis*.

II. Maſculinum פְּקִיד cum Fœminin. פְּקִדָה vel פְּקִידָה analogice

a) a Verbis *Actionis Tranſitivæ*, notat ABSTRACTUM ſ. IPSAM ACTIONEM TEMPORIS PRÆTERITI, ut שְׁחִיטָה *mactatio*, Metonymice 1.) ejus OBJECTUM, ut בְּלִיל *farrago, pabulum mixtum*, 2.) ejus MEDIUM, ut כְּלִיא *concluſio*, h.e. *carcer*, quo captivus concluditur.

b) A Verbis *Actionis Intranſitivæ* & *Paſſionis*, exprimit ABSTRACTUM ſive IPSAM ACTIONEM & PASSIONEM TEMPORIS PRÆTERITI, ut חֲלִיפָה *mutatio*, Metonymice ejus SUBJECTUM, ut גְּבִינָה *caſeus, lac coagulatum*, vel MEDIUM, ut נְחִיר *naris*, ronchiſſationis & reſpirationis Medium.

 c) A

c) A Verbis *Qualitatis* & *Status*, indicat similiter ABSTRACTUM, i. e. IPSAM QVALITATEM vel STATUM, ut צְעִירָה *parvitas*, Metonymice ejus SUBJECTUM, ut כְּסִיל *stultus*. Conf. omnino c. I. §. 4.

§. XVI.

Singula hujus Formæ exempla sequenti ordine exhibemus.

I. Masculinum פָּקִיד cum Fœminino פְּקִידָה vel פְּקֻדָּה (h)

a) a Verbis *Actionis Transitivæ*, notat OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ.

אָסִיר *vinctus*, rad. *vincire*.

אָצִיל *optimas*, ex plebe *selectus*, rad. *seponere*, *reponere*; vel ex significatione radicis Arab. *nobili stirpe oriundus fuit*, alias أثل.

בָּחִיר *electus*, rad. *eligere*.

בָּצִיר

(h) Conf. supra c. 2. not. (β) & cap. 3. not. (φ).

בָּצִיר (sec. Kri Zach. 11, 2.) *munitus*, vel Substant. *munimentum*, *locus munitus*, rad. *munire*. Aliud vid. infra.

גָּבִיעַ *scyphus*, operculo *tectus*, coll. מִגְבָּעָה, vel *elatior*, coll. גִּבְעָה, quod vid. suo loco.

גָּדִיל *instita, fascia contorta & implicata*, ex significatione rad. Aram. & Arab. *implicare, contorquere*.

גָּדִישׁ *cumulus collectus & congestus*, rad. Chald. *colligere, coacervare*. Semel est *sepulcrum* Job. 21, 32. sec. plurimos Interpretes, ut Arab. جَدَثٌ.

גָּלִיל f. גְּלִילָה in genere *in rotundum flexum & convolutum* quid, *circulus*, rad. *volvere in rotundum, convolvere*: hinc 1.) *tractus terræ rotundior, limitibus in circuitum circumscriptus*, German. ein Kreyß, spec. sic vocatur *Galilæa*, regio Palæstinæ; conf. סָבִיב & כִּכָּר. 2.) גְּלִילִים pl. *annuli*, ut Cant. 5, 15. Esth. 1, 6. spec. *annuli januæ* h. e. *cardines*, 1 Reg. 6, 34. sec. conjecturam GUSSETII ad h. v. quomodo tamen potius est a sing. גָּלִיל. Qui per *volubilia* explicant, eorum explicationi non favet Forma.

חָלִיל 1.) *tibia*, sic dicta, quod sit *perforata*, conf. Synon. נֶקֶב; 2.) *profanum*, *nefas*, cum ה Parag. (quod æquivalet Præpositioni *in*) חָלִילָה *in profanum*, *in nefas*; vid. infra c. 6. חָלָל.

חָנִיךְ *ad opus aliquod primum instructus & præparatus*, *initiatus*, rad. *instruere*, *præparare* ad aliquid, *initiare*.

חָשִׂיף *grex vilis*, *ad paucos redactus*, rad. *denudavit*, *exhausit*, Arab. *diminutus fuit*, *defecit*, *vilis & macer fuit*.

BOCHAR-

OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ.

BOCHARTO in *Hieroz.* P. I. p. 622. idem eſt cum Arab. خشف *hinnulus, capreolus;* ſed vulgarem explicationem defendit MAJUS in *Hiſtor. Animal.* p. 532. & ad COCCEI *Lex.* p. 39.

יָדִיד *dilectus*, a rad. Arab. ود *dilexit.*

יָלִיד *natus, filius*, rad. *peperit, genuit.*

יָצִיעַ *ſtratum, ſubſtratum: ſubſtructio*, rad. *ſternere, ſubſternere, ſubjicere.*

כָּלִיל f. כְּלִילָה *perfectus, abſolutus, totus*, & Adverb. *penitus, prorſus*, rad. *perficere, conſummare, ſummatim complecti.*

כָּפִיס Hab. 2, 11. vulgo *trabs*, ſec. ABEN ESRAM *locus durior in trabibus*, cui ſignificationi Arabiſmus favet: nam Verbum in 7 Conj. ſignificat *contortus fuit*; al. ex uſu Talmud. *later dimidius* h. e. ſeſqui palmi, q. d. *later abbreviatus*, rad. Syr. *contraxit, abbreviavit*, quod probat BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. L. IV. c. 24.

כָּתִית *tuſus, um*, rad. *tundere, contundere.*

מָטִיל *vectis ferreus*, in longum cuſus & extenſus, rad. Arab. *cudit, cudendo in longum extendit.*

מָשִׁיחַ *unctus*, rad. *ungere.*

נָבִיא *Propheta, inſpiratus*, f. נְבִיאָה *Prophetiſſa*, rad. in Kal inuſit. videtur ſignificaſſe *inſpiravit*, unde Niph. *prophetavit*, q. d. *inſpiratus fuit*. Sed ab *eminentia* & *dignitate* Prophetam ſic dictum volunt MAJUS ad COCCEI *Lex.* p. 73. CLERICUS ad 2 Reg. 5, 8. & TH. HASÆUS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. VI. p. 866. nam radix Arab. ſignificat *eminere, elatum eſſe.*

נָדִיב

OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ.

נָדִיב f. נְדִיבָה 1.) *ſponte impulſus, ſpontaneus*, אשר נדב לבו אותו *quem impulit cor ſuum*, ut circumſcribitur Exod. 25, 2. c. 35, 29. rad. *ſpontaneum reddere, movere*, (alias fere נדף) Arab. *ſtimulare, incitare, impellere.* Sed 2.) נָדִיב *Princeps*, malo cum HOTTINGERO derivare ab eadem radice Arab. quomodo ſignificat *egregius & nobilis fuit.*

נָזִיד *puls cocta*, rad. *coxit.*

נְטִיל *oneratus, onuſtus*, rad. *onerare: onerare ſe*, hinc *portare, tollere.* Verbum *Prægnans* eſt.

נְטִיעַ *plantatum, planta*, rad. *plantare.*

נָסִיךְ *Princeps*, q. d. *unctus*, rad. *effundere, perfundere, inungere*; vel, quia Principes ſubalterni ungi non ſolent, ut GUSSETIUS monet, ſignificationem habet a radice Arab. *virtuti ſe dedit.*

נְצִיר (ſec. Kethibh Jeſ. 49, 6.) *cuſtoditus*, rad. *cuſtodire.* Vid. HILLERUS in *Arcano* p. 31. & 125.

נָשִׂיא 1.) *Princeps*, dignitate ſupra alios *evectus* & *elatus*, 2.) *vapor* a terra in aërem *evectus*, *nubes*, rad. *efferre, extollere.*

נְתִינִים pl. *Nethinæi*, i. e. *dati:* quo nomine intelliguntur omnes, qui aliquando Levitis dati ſunt, ut iis opem ferrent, rad. *dare.*

סָבִיב *locus per circuitum circumſcriptus & circumdatus*, vulgo *circuitus*, & Adverb. *circumcirca*, rad. *circuire, circumdare.*

OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ.

סָפִיחַ *sponte crescens* sine semente, q. d. *aggregatum* & *accessorium* quid, sec. ALB. SCHULTENS q. a terra *effusum*, rad. *aggregare, associare*, Chald. *augere*, Arab. *effundere*.

עָגִיל *orbiculus, annulus, inauris in rotundum inflexa* & *convoluta*, rad. Syr. *volvere, convolvere*. Conf. supra גָּלִיל.

עָמִיר *manipulus, frumentum colligatum*, rad. Arab. per Gain, *comprimere, arctius colligare*, unde Pihel Hebr. *manipulos facere*. Convenit עֲרֵמָה *acervus frugum*.

עָנִי (tertia rad. ה exspirante,) *miser, afflictus, oppressus*, rad. ענה in genere *adversi* & *contrarietatis* notionem habet, idque vel in *loquendo*, unde est *respondere*, vel in *agendo*, & sic *affligere, opprimere*; vel significatio *opprimendi* & *affligendi* est a cognato ינה, coll. Sect. I. §. 8. reg. 5.

עָסִיס *mustum, calcando expressum*, rad. עסס *calcare* : *premere*, Chald. עסה, pro quo Hebr. עָשָׂה *comprimere* Ezech. 23, 3. 21.

פָּטִיר (sec. Kethibh 1 Chron. 9, 33.) *libere dimissus, immunis*, rad. *dimittere, laxare*.

פְּנִינִים & sec. Kethibh פְּנִיִּים pl. Prov. 3, 15. varie exponitur: vulgo gemmæ species, al. *margaritæ*, Græce πίνναι, Lat. *pinnæ*, voce cognata, quod defendit BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. Lib. V. c. 6. & 7. contra BOOTII sententiam de *coralliis* in *Animadvers. S.* Lib. IV. c. 3. HILLERUS denique in *Syntagm. Hermenevt.* p. 29. per *gemmas* angu-

OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ.

angulosas f. *in angulos formatas* & *sectas* explicat, coll. Arab. פנן *divisit, secuit,* & פִּנָּה *angulus.*

פָּסִיל *sculptum, sculptile,* rad. *sculpere.*

פָּקִיר *præfectus,* rad. *præficere.*

פָּתִיל *circumtortus, alligatus* Num. 19, 15. & Substant. *filum contortum,* rad. *contorsit.*

צָלִי *assatum, assum,* rad. צלה *torrere, assare.*

צָמִיר 1.) *armilla* brachio *circumligata,* 2.) *operculum* vasi *alligatum* Num. 19, 15. (Arab. صِمَانٌ est *corium, quo operitur os ampullæ,*) rad. *alligare.*

צָנִין *aculeus, spina,* ejusdem originis cum צִנָּה & צִנְצֶנֶת, scil. a צון Æthiop. *protexit,* Arab. *custodivit;* sed Forma est a צנן. Quoad etymi rationem conf. seq. שָׁמִיר. Alii radici ן. צ tribuunt sensum *acuendi,* coll. cogn. שׁנן.

צָנִיף *cidaris,* fasciâ f. tæniâ linteâ *redimita,* vel capiti *circumvoluta,* rad. *circumvolvere, redimire.*

צָפִין (sec. Kethibh Pf. 17, 14.) *thesaurus reconditus,* rad. *abscondere, recondere.*

צְפִיעִים pl. *egesta, stercora* Ezech. 4, 15. sicut Æthiop. ፀፈዐ: sed fœm. צְפִיעוֹת *liberi, posteri,* ἔκγονα, rad. inusit. צפע in genere *eduxit, egessit,* spec. apud Arabes per Dad, *egessit stercus,* transpos. פצע *eduxit, exire curavit,* it. *stercus excrevit.*

קָלִי & קָלִיא *tostum,* spec. *spica tosta,* & semel sec. HIERONYMUM, BOCHARTUM in *Hieroz.* Part. II. p. 46. &

 alios,

alios, *cicer tostum*, *legumen frictum* 2 Sam. 17, 28. (i) rad. קלה *torrefecit*, *assavit*, *frixit*.

קָצִיר 2 Sam. 23, 13. sec. LUD. CAPPELLUM & Celeb. SCHULTENS idem cum Arab. قَصْر *arx*, *castellum*, *locus munitus* & quasi *abscissus*, rad. *abscindere*. Aliud vide statim.

קָרִיא *vocatus*, *convocatus*, rad. *vocare*, *convocare*. Sed Prov. 27, 16. magis quadrat significatio Arab. *colligere in unum*, it. *arcte tenere*, & sic LUTHERUS: **er will das Oel mit der Hand fassen.**

רָבִיד *torques*, *collare*, *ligaculum* collo *alligatum*, Gallice *rabat*, rad. vulgo *sternere*, *insternere*, sicut רפד; sed torques non *sternitur*, & ipsum quoque רפד proprie est *ligare*, ut patet ex Arab. quocum convenit ربط id. unde رِبَاط *ligaculum*, *vinculum*.

רָדִיד *vestis diducta* i. e. *laxa* vel *tenuis*, *pallium* scil. vel *indumentum exterius*, ut Arab. رِدَا, rad. רדד *extendit*, *didu-*

(i) Orientalium *Cabwé*, nobis *Caffé*, l. c. & 1 Sam. 25, 18. significari credunt LUDOLFUS in *Lex. Æthiop.* col. 192. MAIUS in *Supplem.* ad COCCEI *Lex.* pag. 110. STEPH. BLANCARDUS in *Haustu Polychresti* Sect. II. c. 1. §. 4. & alii: quod LEYDDEKKERUS de *Republ. Hebr.* Lib. XII. c. 7. §. 6. confirmare conatur ex 2 Sam. 17, 29. ubi mentio fit *populi sitientis*. Conf. PASCHIUS in *Inventis Nov-antiquis* c. 6. p. 447. & DACHSELIUS in *Bibliis Accent.* Part. II. p. 329. seq. cui probabile videtur, ejusdem generis fuisse fabas Ezechielis c. 4, 9. Quam novam vocis קָלִי explicationem ex instituto refellit CASP. NEUMANNUS in *Biga Difficultatum Physico-S.* c. 3.

diduxit, alias רדה Thren. 1, 13. it. *extendit se: declinavit*, unde רד Jud. 19, 11. sicut נטה *extendere* est & *declinare*; conf. & סדר Job. 7, 4.

רָכִיל *exploratum* quid, rad. רכל, alias רגל, *explorare, expiscari: exploratum deferre, obtrectare*: hinc אַנְשֵׁי רָכִיל *viri explorati*, h. e. qui habent *exploratum, obtrectatores*, & הלך רכיל *ivit cum explorato* Levit. 19, 16. sicut dicitur הלך רוח . הלך עקשות . הלך תם . הלך צדקות Mich. 2, 11. & expresso ב, הלך בשקר Jer. 23, 14. Vulgo explicatur *exploratio*, quod GUSSETIUS ratione significationis confert cum קָצִיר *messis*, de quo statim.

רָקִיעַ *expansum, spatium* longe lateque *extensum*, rad. *expandere, diducere*. Conf. Ezech. 1, 22.

שָׁבִי *captivus*, unde sec. KIMCHIUM est fœm. שְׁבִיָּה *captiva* Jes. 52, 2. rad. שבה *captivare, captivum ducere*.

שְׁבִיסִים pl. Jes. 3, 18. LXX. ἐμπλόκια, *plectæ*, Haar-Zöpffe: quomodo convenit Chald. שבש *implicare*, & Syr. ܫܒܫ *confundere, miscere*. KIMCHIO est genus vestimenti facti opere תַּשְׁבֵּץ i. e. *ocellato*. *Calceamentorum* genus *reticulatum* intelligendum esse, contendit C. L. HOHEISEL in *Observat. Philol.* ad l. c. pag. 26. Plura vid. apud BLUMBERGIUM in pec. Differt. de h. v. habita Lips. an. 1684.

שָׂכִיר f. שְׂכִירָה, *mercenarius, mercede conductus*, rad. *mercede conduxit*.

OBJECTUM ACTIONIS PRÆTERITÆ.

שָׁמִיר 1.) idem cum Arab. سَمُر *ſpina Ægyptiaca*, q. d. *cuſtodita* & *tuta* ab acceſſu & tactu, vel quæ non facile patitur ſeſe exſtirpari, vivax præcipue, dicente HILLERO in *Hieroph.* Part. I. p. 464. 2.) ſpecies lapidis duriſſimi, vulgo *adamas*, ut Arab. سَامُور; aliis ob ſoni vicinitatem, *ſmiris*, (vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. Lib. VI. c. 11.) ſec. eundem HILLERUM q. d. *indomitus* lapis, qui duritie ſua ſeſe contra ictum *cuſtodiat*, rad. *cuſtodire*.

שָׂנִיא f. שְׂנִיאָה *exoſus*, rad. *odiſſe*.

שָׁנִי *iteratum*, ſcil. tingendo, *dibaphum*, rad. שנה *iterare, bis facere.* Sed KIMCHIUS, PAGNINUS, J. BRAUNIUS, VITRINGA & alii non incommode deducunt a שנן *acuere*, Formis Verborum alternantibus, ut שָׁנִי ſit *acutus colore:* & ſic conf. ſupra חָמוּץ, חָרוּץ, שָׁחוּט &c. (k)

שָׁתִיל *plantatum, planta*, rad. *plantare*.

Exce-

(k) Neque etiam abludit radix Arab. سنا *ſplenduit.* Similiter enim Chald. זְהוֹרִי & Syr. ܙܗܘܪܝܬܐ *coccinum*, a זהור *ſplendore* vocatur, & quam veſtem Matthæus c. 27, 28. κοκκίνην, & Marcus c. 15, 17. atque Johannes c. 19, 2. πορφυροῦν dicunt, ea a Luca vocatur λαμπρά. VIRGILIUS *fulgentem muricem* dixit pro *purpura Æneid.* IX. 614. *purpuræ lumen* STATIUS *Sylvar.* Lib. IV. 5. Sic contra *purpureus* apud Poëtas paſſim pro *nitido* & *ſplendido* occurrit. Conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. p. 688. & 694. SALMASIUS ad SOLINUM p. 244. & 777. BYNÆUS de *Morte J. C.* Lib. III. p. 75. ſeq. Ven. DEYLINGIUS in *Obſervat. S.* Part. I. p. 148. & Celeb. WOLFIUS in *Curis Criticis* Tom. I. p. 762.

* * *

Exceptionem hic faciunt quinque Nomina peculiaris uſus, quæ præter *ActionemTempus* quoque connotant. Hæc enim (ָ) poſſident pro (:) (l): ut ſic protractione Vocalis ipſa *Temporis duratio* auribus quaſi inſinuetur.

אָסִיף *tempus collectionis frugum*, rad. *colligere*.

בָּצִיר *tempus abſciſſionis uvarum*, *vindemia*, rad. *abſcindere*, ſpec. *uvas*, *vindemiare*.

זָמִיר *tempus cantillationis avium*, h. e. *ver*, al. rectius *tempus amputationis vitium*, LXX, *καιρὸς τῆς τομῆς*, SYMMACHUS *καιρὸς τῆς κλαδεύσεως*, Vulgatus *tempus putationis*, Cant. 2, 12. rad. *amputare*, in Pih. *canere*, *modulari*.

חָרִישׁ *tempus arationis*, rad. *arare*.

קָצִיר *tempus abſciſſionis frugum*, *meſſis*, rad. *abſcindere*, *demetere*. Sed קָצִיר *ramus* vid. infra. (m)

b) A

(l) Sic enim poſtularet analogia, ut diceretur אֲסִיף *collectio frugum*, בְּצִיר *abſciſſio frugum &c.* Doctiſſ. SCHULTENS in *Clave Dialectorum* p. 342. confert hæc Nomina Verbalia cum Arab. Forma Infinitivorum تصبير. Fortaſſis de his Nominibus idem ſtatuendum, quod de Nominibus Animalium, Numeralibus aliisque Anomalis dictum Sect. I. §. 5. Si huc quoque referamus רָכִיל, tum illud notabit *tempus negotiationis* h. e. *nundinas*, & אנשי רכיל emphatice ob oculos ponet *viros nundinarum*, h. e. *circumforaneos* & *nundinatores*; הֹלֵךְ רכיל denique exprimet actum ejusmodi circumforaneorum, nundinas hinc inde obeuntium.

(m) Hebræos hac in re imitantur Græci. Cum enim illorum Verbalia

*

* . *

b) A Verbis *Actionis Intransitivæ* & *Passionis*, notat

SUBJECTUM ACTIONIS & PASSIONIS PRÆTERITÆ.

בָּרִיחַ Jes. 15, 5. *qui effugit, fugâ elapsus*, rad. *fugere.* Aliud vid. inter Dagessata Sect. VI. §. 7.

יָגִיעַ *defatigatus* Job. 3, 17. rad. *defatigari.*

יָצִיא 2 Chron. 32, 21. *filius egressus e lumbis patris*, rad. *exire.* Aliis מ in מִיצִיאֵי l. c. est Heemanticum, quibus ego non refragabor.

נָזִיר 1.) *Naziræus*, qui sese a certis rebus *separavit*, 2.) *vitis separata*, i. e. *non culta, non amputata*, a cujus cultu possessor per annum Jubilæum *abstinuit*, metaphora a Naziræis sumta, rad. *separare: separare se, abstinere.*

נְחִתִּ 2 Reg. 6, 9. *qui se demisit*; nisi sit Particip. præs. Aramæum, *descendens, se demittens*, ut Dan. 4, 10. ideo adhibitum, quia de Syris sermo erat: rad. נחת *se demittere, descendere.*

נְפִילִים

balia in *τὸς* alias sint Adjectiva passivæ significationis, ut *ἀγαπητὸς dilectus*, *κλητὸς vocatus*, *μισθωτὸς mercede conductus* &c. adeoque Formæ Hebr. פָּקִיר significatione plane respondeant, (vid. supra not. g) tamen hæc ipsa Verbalia etiam pro *Tempore* usurpantur, ut *ἀμητὸς tempus metendi, messis*, ab *ἀμάω meto*, *ἀλοητὸς tempus trituræ*, ab *ἀλοάω trituro*, *ἀροτὸς tempus arationis*, ab *ἀρόω aro*, *τρυγητὸς tempus vindemiæ*, a *τρυγάω vindemio.* Conf. *Gram. Græc. Marchica major* p. 419. 420.

נְפִילִים pl. Gen. 6, 4. *Nephilim*, vi Formæ notat *apostatas*, qui a Deo veroque ejus cultu *defecerunt*, si descendit a נפל *cadere*, it. *deficere*, *desciscere*. Sed, ut recte monet NOLDIUS in *Concord. Particul. Hebr.* p. 794. non opus habuisset jam tum primum Moses, nominare apostatas, cum a scissa Ecclesia & ad minimum a Caino tales non desiderati fuerint; & DRUSIUS *Observat. S.* Lib. XIII. c. 18. alii multi defecerant ea ætate, qui tamen non vocantur *Nephilim*. Optime ergo HILLERUS in *Hierophyt.* Part. II. p. 129. (qui tamen aliter senserat in *Onom. S.* p. 287. 555. & in *Syntagm. Hermen.* p. 206.) confert cognat. פיל Chald. Syr. Arab. & Pers. *elephas*, bestiarum maxima: ut adeo נְפִילִים proprie notet *homines enormis magnitudinis & staturæ* sive *gigantes*. Concinit certe tum res ipsa, coll. Num. 13, 33. Sirac. 16, 8. Sapient. 14, 6. & Baruch. 3, 26. tum radix cognata Arab. فال *incremento auctus fuit, obesus fuit* vel *evasit*, unde failon *vir multæ carnis*.

עַתִּיק *ætate provectus*, Græc. προβεβηκὼς ἐν ταῖς ἡμέραις, vid. עָתַק c. 2. & conf. Chald. עתיק יומיא Dan. 7, 13.

פָּלִיט *qui evasit, elapsus, ereptus*, rad. *evadere, elabi, liberari*.

* * *

c) A Verbis *Qualitatis & Status*, notat

CONCRETUM sive SUBJECTUM QUALITATIS & STATUS.

O אָבִיב

CONCRETUM ſ. SUBJECTUM

אָבִיב vulgo *ſpica viridis*, *ariſta recens*, (vid. tamen CASTELLUS in *Lex.* col. 3958.) unde menſis אָבִיב, alias נִיסָן, rad. inuſit. ſec. AVENARIUM *pubere*, ſec. MAJUM & STOCKIUM *virere*, unde Arab. أَبّ *quicquid viroris terra producit.* Convenit Syr. ܐܒܒ *florere.* Conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. p. 557.

אַבִּיר *fortis*, *robuſtus*, rad. inuſit. *robuſtus fuit*, *valuit.*

אָמִיר *ramus ſummus*, *cacumen*, rad. אמר Deut. 26, 17. 18. Pſ. 94, 4. alias מרא Job. 39, 18. ראם Zach. 14, 10. רום & רמם, *altus*, *elatus fuit.*

אָפִיל, unde pl. f. אֲפִילֹת Exod. 9, 32. *ſerotina*, rad. inuſit. proprie *ſerus*, *ſerotinus fuit*, Arab. *occidit ſol.*

אָפִיק *fortis*, *robuſtus*, & Subſtant. *torrens*, *alveus*, rad. *fortis*, *robuſtus fuit*, in Hithpah. *fortem ſeſe exhibuit*, *ſeſe corroboravit.* Sed Ezech. 31, 12. videtur idem eſſe cum Arab. أُفُق *tractus terræ*, *plaga*, LXX. πεδίον.

בָּהִיר *nitidus*, *candidus*, rad. Arab. *clarum eſſe*, *lucere*, *ſplendere*, Æthiop. transpoſ. በረሀ:

בָּכִיר maſc. inuſit. unde fœm. בְּכִירָה *primogenita*, *natu prior*, rad. Arab. *prior fuit*, *præceſſit*, *prævertit.*

בָּרִיא idem quod מְרִיא *pinguis*, (permutatis ב & מ,) quod vid. infra.

גָּבִישׁ Job. 28, 18. vulgo *gemma* vel *unio*, rectius *veſtis verſicolor* ſ. *polymita*, ut a quibusdam exponitur, a rad. Arab. غبش alias دغش *vario colore diſtinctus fuit.*

הָגִין

QUALITATIS vel STATUS.

הָגִין f. הֲגִינָה Ezech. 42, 11. *rectus*, *aptus*, *decorus*, Chald. הָגִין, unde הוֹגֶן *decus*.

חָמִיץ *subacidus*, rad. Arab. *acere*, Hebr. *fermentari*, *acescere*; unde בְּלִיל חָמִיץ *farrago subacida*, qua jumentorum fastidienti stomacho subvenitur; vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. p. 113. & contrà MAJUS in *Histor. Animal.* Lib. II. c. 2.

חָסִיד *misericors*, it. *sanctus*, *pius*, rad. in Kal inusit. *misericors fuit*, & Transit. ut Syr. *misertus est*, (conf. Sect. I. §. 8. reg. 1.) unde חֶסֶד 1. *misericordia*, 2. *res turpis*, qua vehementer afficimur cum animi quadam ægrimonia, vel ut explicat BERGERUS de *Antiphrasi S. S.* p. 37. *res miserabilis*, *commiseratione digna:* hinc Pih. *turpitudine affecit*, Hithpah. *se ipsum misericordem exhibuit.* Arab. eadem radix ad *invidiam* refertur, quæ & ipsa animi affectus est cum ægrimonia quadam conjunctus. Sed f. חֲסִידָה *ciconia* vid. inter Nomina Animalium Sect. IX. c. 2.

חָצִיר 1.) *gramen*, 2.) *porrum*, gramini majusculo simillimum, al. *asparagus*, Num. 11, 5. a *viriditate*, rad. Arab. *viruit*, *viridis fuit.*

חָרִיץ *caseus*, ab *acrimonia*, rad. *acris*, *acutus fuit.*

טָרִי f. טְרִיָּה *humidus*, *recens*, rad. Arab. *recens fuit.*

יָהִיר *superbus*, rad. Chald. *superbum esse*, *superbire.*

יָחִיד f. ה, *unicus*, *solitarius*, rad. *unum esse* vel *fieri*, *unire se*, *conjungi.*

CONCRETUM f. SUBJECTUM

יָמִין *latus dextrum*, *manus dextra*, unde Verbum in Hiph. הימין *ad latus dextrum deflectere.* HILLERUS confert rad. אמן: *dextra* enim *Fidei* apud Veteres consecrata fuit.

מָהִיר *promtus*, *expeditus*, *solers*, rad. *promtus*, *solers fuit*, *festinavit.* Sed Pf. 45, 2. Efr. 7, 6. quibusdam מָהִיר est *peritus*, *exercitatus*, *doctus*, Græc. μαθητευθεὶς Matth. 13, 52. ex significatione radicis Æthiop. *docuit.*

נָגִיד *Princeps*, a *magnanimitate*, rad. Arab. *animosus*, *strenuus*, *magnanimus fuit*, it. *clarus*, *manifestus fuit*, unde Hiph. Hebr. הִגִּיד *manifestum fecit*, *indicavit.*

נָעִים *amoenus*, *suavis*, rad. *amoenus*, *suavis*, *jucundus fuit.*

tibus, sicut Lat. *nubes* est a *nubo* h. e. *tego;* conf. כסה passim de *nubibus*. Inde formatum est Pihel עִנֵּן *obnubilavit*, *nubes adduxit*.

עָנָף *ramus*, crescendo protrusus, vid. עָנַף p. 46.

עֲנָק *torques*, q. d. *cinctura* colli, rad. *cinxit*.

עָפָר *pulvis*, *terra comminuta & contrita*, rad. Arab. غفر *comminutus est;* conf. 2 Sam. 22, 43. 2 Reg. 23, 6, 15. Ps. 18, 43. & suo loco שַׁחַק. Vel sec. MAJUM sic dicitur a *tegendo*, ex ejusdem radicis significatione *tegendi:* & sic conf. Ezech. 26, 10. & infra סַךְ, עַם & חול. Inde Pih. עִפֵּר *pulverem excitavit*, *pulverem sparsit*.

עֶצֶב 1.) *dolor*, 2.) *simulacrum*, *idolum*, formatione elaboratum, rad. in genere *constrinxit*, *pressit*, *compressit*, *compegit:* hinc 1.) *formavit*, proprie *compingendo*, ut facit figulus, vid. Job. 10, 8. & conf. עֶצֶב, 2.) *dolore affecit: sese dolore affecit*, *doluit*. Conf. צִיר & חֵבֶל, vid. quoque SCHULTENS de *Defectibus L. S.* c. 1. §. 157. seq.

עֲצָרָה & עֲצֶרֶת 1.) *festum*, *quo populus congregatur*, spec. & κατ' ἐξοχὴν *ultimus festi dies*, 2.) *cœtus*, *populus collectus & congregatus* Jer. 9, 1. Joel. 2, 15. ex significatione radicis Syr. *collegit*.

עָשָׁן *fumus*, ignis Effectus, rad. *fumavit*.

עָתָק *induratum*, *durum*, proprie senio vel vetustate tale factum, *inveteratum*, rad. *senescere*, *veterascere*. Vid. עָתֵק p. 47.

עָתָר f. עֲתֶרֶת *abundantia*, *copia*, *multiplicatio*, rad. sec. quosdam proprie *multiplicavit*, spec. *verba*, & hinc *suppli-*

supplicavit, exoravit, vel ex significatione Aram. (pro Hebr. עשר) *dives fuit vel evasit, abundavit.*

פַּחֶתֶת *corrosio*, in cute conspicua, rad. *fodit, effodit*, Arab. *incidit, perforavit.*

פְּלַגּוֹת pl. 1.) *partes*, Effectus divisionis, Jud. 5, 15, 16. 2.) *rivi* Job. 20, 17. (conf. פֶּלֶג) rad. *divisit.*

פַּעַם (unde sec. quosdam Dual. פְּעָמִים) *pes*, Medium *motionis* corporis, quo corpus animale loco movetur, rad. *agitavit, pepulit.* Conf. רֶגֶל.

פֶּרֶק *frustum*, Effectus fractionis, sec. Kethibh Jes. 65, 4. rad. *fregit, rupit.*

פְּתַיּוּת (alii legunt פְּתַיּוּת) Prov. 9, 13. *seductio, illecebræ*, (verba seductionis,) unde *mulier seductionis* h. e. *seductrix*, coll. v. 15, 16. rad. פתה *seducere, allicere, persuadere*, Græc. *πείθω, ἀπατάω: seducere se, persuadere sibi, seduci.*

צָבָא *conventus* s. *concursus bellicus, militia* Job. 7, 1. c. 14, 14. &c. Metonym. *turma conveniens, exercitus, agmen* conventione hominum existens, rad. *turmatim convenit: militavit.* Conf. similia קָהָל, קָרָב &c.

צְוָחָה *clamor*, rad. *clamavit, vociferatus est.*

צָמָא *sitis*, rad. *sitivit.*

צְעָדָה 1.) *sonus* vel *strepitus* eundo excitatus, rad. *incessit*; conf. 2 Sam. 5, 24. & 1 Chron. 14, 15. 2.) *armilla* Jes. 3, 20. idem quod Arab. معضد, q. d. *amplexus, cinctura brachii*, rad. عضد *comprehendit brachium, amplexus est: accinxit.*

צְעָקָה

צְעָקָה *clamor*, rad. *clamavit*.

קָהָל *cœtus*, congregatione hominum exiſtens, rad. *congregavit*.

קְטֹרֶת *ſuffitus*, *fumus ſuaveolens*, ſuffiendo excitatus ſenſumque olfactus afficiens, rad. *adolevit*, *ſuffivit*.

קָלָל Ezech. 1, 7. Dan. 10, 6. *terſum*, *læve*, vulgo a קלל *levis fuit*, quaſi *lævis* & *levis* idem ſit. Convenit potius rad. Syr. נקל *purgavit*, *mundavit*, alias חלל *terſit*, *purificavit*, & Hebr. Geminat. קלקל *expolivit*, *lævigavit* Eccleſ. 10, 10. Ezech. 21, 21. qui poſterior locus tamen commodius exponitur ex Æthiop. ΦΛΡ: *ſcrutatus eſt*, *exploravit*. Aliam conjecturam habet BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. pag. ult. Sed fœm. קְלָלָה *maledictio*, *exſecratio*, Meton. *res maledicta*, ut Deut. 21, 23. ſignificationem accipit ex Pih. קִלֵּל *vilipendit*, *exſecratus eſt*, *maledixit*.

קְפָד, cum ה parag. קְפָדָה Ezech. 7, 25. *excidium*, *deſolatio*, rad. *ſcindere*, *exſcindere*.

קְצָפָה Joël. 1, 7. vulgo *ſpuma*, rad. *ſpumavit*, BOCHARTO l. c. p. 469. *fractura*, *fractum*, ex ſignificatione Arab. HILLERO denique in *Hieroph.* Part. I. p. 161. *languor*, ſimiliter ex Arab.

קְרָב *appropinquatio* vel *congreſſus hoſtilis*, *prælium*, *conflictus*, rad. *appropinquavit*, (vid. Deut. 20, 2. & 1 Reg. 20, 29.) Syr. in Aph. *bellavit*, pro quo Arab. dicitur חרב, per ח.

קֶרֶן (unde Dual. קַרְנַיִם Dan. 8, 6.) *cornu* e capite ſeſe exſerens, rad. in genere *emiſit*, *exſeruit*, ſpec. *radios*, *cornua*.

רְגָשָׁה

רְגָשָׁה *tumultuatio*, *ſtrepitus*, rad. *tumultuatus eſt.*

רְוָחָה *reſpiratio*, rad. *ſpiravit*, *reſpiravit.*

רְוָיָה *abundantia*, *exuberantia*, a larga impletione proficiſcens, Meton. *res abundans* ſ. *exuberans*, a רוה *ubertim impleri* vel *irrigari*, *inebriari.* Conf. ſimilia עָתָר, שָׂבָע &c.

רְנָנָה *jubilum*, *cantus*, vox canentium, rad. *cecinit*, *ſonuit.*

רָעָב *fames*, rad. *eſurivit.*

רְעָדָה *tremor*, rad. *tremuit.*

רָפָא proprie *remiſſio*, *ſtupor*, Metonym. *gigas*, quo viſo remiſſi fiunt & obſtupeſcunt homines, rad. רפה *remiſſum fieri*, *debilitari*, *deficere*, Chald. *obſtupeſcere*, unde cum ה ſcribitur 2 Sam. 21, 16, 18, 20, 22. Conf. אֵימִים, it. זוזים Gen. 14, 5. q. d. *commotiones* animi, i. e. *terrores: terrifici*, a זוז Chald. *commoveri.* Niſi potius רָפָא ſit nomen Proprium familiæ. HILLERUS *gigantes* ſic dictos vult, quod *Manibus* defunctis longitudine ſint pares, humana ſpecie majores: quod etiam placet VITRINGÆ ad Jeſ. 14, 9. Ab *impietate* denominatos credit Celeb. SCHULTENS ad Job. 26, 5. ex Arab. Forſitan omnium optime convenit radix רבה *magnum eſſe.* Sed pl. רְפָאִים *Manes*, *mortui*, ad Segolata pertinet, de quibus Sect. IV.

רָקָב *putredo*, a ceſſatione motus naturalis & corruptione ſuccorum proveniens, rad. *putreſcere.*

שְׁאָגָה *rugitus*, *ejulatus*, rad. *rugire*, *ejulare.*

שְׂאָט & per Syrismum שְׂיאט *contemtus*, *insultatio* verbis factisque se prodens, a rad. Aram. שׂוט *contemnere*, mutata media radicali Vau in א, sicut in ראם רום a רום, in לאט pro לוט, טוב Chald. טאב &c. Sed pl. שָׁאטִים Ezech. 28, 24, 26. alias שָׁטִים c. 27, 26. & fœm. שָׁאטוֹת c. 16, 57. est ipsum Part. ab eodem verbo, cum א, sicut קָאם Hos. 10, 14. & רָאמוֹת Prov. 24, 7. Aliud est שָׁטִים *remigantes*, *remiges* Ezech. 27, 8. a שׁוט *circuire*, *discurrere*.

שְׁבָט nomen mensis undecimi, a *frigore* sic dicti, sicut כִּסְלֵיו: nam radix Arab. significat, *febri frigida laboravit*.

שָׂבָע *satietas*, *saturatio*, rad. *saturatus est*.

שָׁבָץ 2 Sam. 1, 9. COCCEJO *vertigo*, rad. Syr. *confudit*, *miscuit*; conf. BRAUNIUS de *Vestitu Sacerd.* Part. I. p. 295. sq. Al. est *tremor*, *spasmus*, vel *torpor*, *languor*: quomodo conveniunt cognata Arab. شبط *languit*, *torpuit*, & transpos. ضبس *male habuit*, *conturbatus fuit*, Æthiop. ፀብሰ: *debilis*, *infirmus factus est*, it. *pavuit*, *tremuit*.

שְׁגָגָה *erratum*, *culpa* per errorem admissa, rad. *erravit*.

שֶׁגֶר *fœtus* partu editus, rad. Chald. *emisit*, *edidit*.

שַׁוְעָה *clamor*, rad. שׁוע *clamavit*.

שְׁכָבָה sec. KIMCHIUM apud BUXTORFIUM in *Lex.* LUD. CAPPELLUM in *Notis Crit.* ad Exod. 16, 13. & MAJUM in *Supplem.* ad COCCEI *Lex.* p. 112. *effusio*, *diffusio*, *dispersio*, unde l. c. שִׁכְבַת טַל *diffusio*, *dispersio roris*: *ros per terram diffusus*, & שִׁכְבַת זֶרַע Levit. 15, 16. *effusio* vel *fluxus seminis*, pro quo alias una voce dicitur שְׁכֹבֶת Levit. 20, 15. Num.

Num. 5, 20. rad. שכב proprie *effudit* Job. 38, 37. (unde & מִשְׁכָּב 2 Sam. 17, 28. a quibusdam exponitur *gutturnium*, quo aqua effunditur,) *diffudit*, *expandit: diffudit se*, *extendit se*, hinc *cubuit*, Arab. سكب *effudit: effudit se*, *fluxit*, in 7 Conj. *dispersus fuit*. Conf. SCHULTENS ad Job. 30, 17. c. 38, 37. & idem CAPPELLUS ad h. l.

שָׂכָר *merces*, *conductionis* Medium, rad. *conduxit*.

שָׁלָב 1 Reg. 7, 18. *junctura*, *connexio: juncturæ* Medium, quo fit conjunctio, rad. Chald. שלב, Arab. transpos. لسب, *cohæsit*, *inhæsit*, *conjunctus fuit*. Quidam per *gradum* vel *scalam* exponunt, ut Talm. שליבה & Syr. ܡܣܒܠܐ. Hinc formatum est Particip. Pyhal מְשֻׁלָּבוֹת *conjuncta*, *combinata* Exod. 26, 17. c. 36, 22.

שָׁלָל *præda* hosti detracta, rad. *extraxit*, *detraxit: spoliavit*.

שְׁמָמָה *desolatio*, vel *status desolationem sequens: desolatum* Levit. 26, 33. rad. *desolatus fuit*.

שְׁעָטָה Jer. 47, 3. *strepitus*, ignotæ originis. Convenit radix Arab. transpos. سطع *plausit*.

שְׁפַת, unde Dual. שְׁפַתַּיִם proprie *duæ positiones* h. e. *duo lapides focarii*, quibus olla imponitur, coll. 2 Reg. 4, 38. Ezech. 24, 3. Sed GUSSETIUS intelligit *limbos mensæ*, duos asseres aptatos, ut intra illos aliquid deponatur & a lapsu prohibeatur, rad. *ponere*, *apponere*, *imponere*.

שָׁרָב *exsiccatio*, *sitis*, *æstus* Jes. 49, 10. it. *exsiccatum*, *combustum* c. 35, 7. rad. Chald. *arsit*, *combustus est*, Syr. *aruit*, Arab. *sitiit*.

שְׂרָד *textura*, unde בגדי השרד Exod. 31, 10. *vestes texturæ*, i.e. *textæ*, rad. Arab. *contexuit*. Al. בגדי השרד idem sunt cum Chald. סרדים *tapetes*, quibus vasa sacra tecta fuerint, coll. Num. 4, 5. seq. quomodo concinit Syr. transpos. סדר *stravit mensam*.

*
* *

Ex *Imperfectis* huc pertinent:

אָח *focus*, vel potius *ignis* in foco Jer. 36, 22. quomodo non abludit radix Arab. אנג *arsit*, *flagravit ignis*, & אחח *excanduit*, *exarsit*; conf. NEUMANNUS in *Exodo* L. S. p. 30. seq. Aliud est אָח Interjectio, a sono facta.

אָלָה *exsecratio*, *juramentum*, rad. אלה *juravit*, *adjuravit*, *exsecratus est*.

אָמָה *ancilla*, dici videtur pro מָאָה, i.e. *extensio* & *augmentatio familiæ*, sicut Synon. שִׁפְחָה similiter ab *extensione*, rad. Arab. מאא *extendit*, *dilatavit*: unde & מֵאָה *centum*. Sic eædem literæ transponuntur in Kethibh Textuali אמות pro מאות Ezech. 42, 16. Consentit NEUMANNUS l. c. p. 79.

בָּג *cibus*, ignotæ originis.

בָּמָה & alia terminatione fœm. בָּמוֹת (unde pl. Constr. בָּמוֹתֵי sec. literas Deut. 32, 13. Jes. 58, 14. Mich. 1, 3. sed בָּמֳתֵי est a sing. בֹּמֶת & Formæ אָהֳלֵי,) vulgo *excelsum*, ignotæ originis. Convenit Græc. *βωμός*.

בָּר Lat. *far*, *frumentum* a palea *separatum* & *purgatum*, rad. ברר *separare*, *purgare*, vid. Jer. 4, 11. Sed Job.

39, 4.

39, 4. quidam malunt exponere ex Aram. & Arab. *ager*, *desertum: foris*, a rad. בור Aram. & Arab. *desertus*, *incultus*, *sterilis fuit*; vid. tamen HEESERUS in *Lapide Adjutor*. p. 658. 659.

בֹּשֶׁת (pro בּוֹשֶׁת) *pudor*, in vultu se prodens Jer. 7, 19. Psf. 44, 16. Dan. 9, 7, 8. &c. rad. בוש *pudere*, *pudefieri*.

בַּתָּה *desolatio: desolatum*, tanquam a בות vel בתה, sed significatio est a בתת, unde & בַּתָּה, quod vid. Sect. V. c. 2.

גַּג *tectum*, expansis super ædes tigillis & tegulis vel lateribus structum, sec. quosdam ab Arab. גגג *expandit*. Aliter HILLERUS in *Onomast. S.* qui radici inusit. tribuit sensum *altitudinis*.

גָּד Gen. 30, 11. vulgo *turma*, ut idem sit cum אֲגֻדָּה & גְּדוּד, Syr. גּוּד,) a גוד Gen. 49, 19. (ob Derivativum גָּדִי Dages f. Compensativum non accipiens,) alias גדד, vid. גְּדוּד. Alii aliter.

גַּן *hortus*, septo *tectus*, vel q. d. *tectio*, *protectio* arborum & plantarum, rad. גנן *texit*, *protexit*. v. Lex. Simon. ubi [illegible] correxit.

גָּר Job. 28, 4. *fluxus: alveus*, a rad. Arab. جري *fluxit*, *cucurrit*, Hebr. & Chald. נגר. Conf. similia יָבָל, נָהָר &c.

דַּל *pauper*, *exhaustus viribus* Psf. 82, 3. Prov. 14, 31. &c. rad. דלל *attenuari*, *exhauriri*. Aliud est דַּל Exod. 23, 3. Levit. 19, 15. *elatus*, *superior*, *potens*, a rad. Arab. دل *superior fuit*, *prævaluit*, alias دال *superior evasit*, in 3 Conj.

 divi-

divitias aut felicitatem concessit Deus, (unde & dâlon *autoritas*,) Æthiop. ደለወ፡ *felix fuit.* Neque etiam abludit Hebr. דלה *extulit*, *evexit.* Vulgo ex priore significatione de *paupere* exponunt; sed 1.) ejusmodi præcepto de non honorando paupere non erat opus, sed potius contrario, 2:) in loco posteriori cum דַּל permutatur גָּדוֹל.

דָּת *lex*, referunt ad rad. inusit. דות, cui NEUMANNUS in *Exodo* L. S. p. 356. tribuit sensum *ordinandi*, & AVENARIUS confert Græc. τάττω. Sed (ָ) mutabile Esth. 1, 12. arguit radicem דתת.

הַס Amos. 8, 3. *silentium*, sec. quosdam, rad. הסה *siluit.* Conf. simile הַסְכֵּת.

וָו *clavus*, *uncinus*, ignotæ vel nullius originis.

זָג *cortex*, q. d. *tectio & obductio* partium interiorum, Ar. ضُجَاجٌ, a rad. Arab. זגג *texit*, *obduxit*, alias רגג & רגא.

חַג Neh. 8, 14, 18. 2 Chron. 7, 8. proprie *commotio in gyrum*, *gyratio*, *saltatio*, Effectus lætitiæ: hinc *feriatio*, *festum*, rad. חגג *in gyrum commotus & circumactus fuit*, *saltavit*, hinc *feriatus est*, *festum celebravit.* Conf. supra חָגָא.

יָד *manus*, a ידה alias ידד *jecit*, *projecit*, sec. SCHINDLERUM & alios, quod ea jaciatur vel projiciatur. Sed radix ידה, coll. Hiph. הוֹדָה, in genere significat *diffundere*, *dispergere*, (sicut זרה *spargere*, it. *divulgare* Prov. 15, 7. Arab. ذرا *spargere*, it. *laudare*, *extollere*,) unde יָד *manus*, quod in digitos *diffusa* & *dispersa* sit, sicut זְרוֹעַ, & Metaphor. *locus* vel *spatium extensum*, it. *portio.* Sic quo-

quoque NEUMANNUS in *Clave Domus Heber* Part. I. p. 55.

יָם *mare*, idem quod מִקְוֶה Gen. 1, 10. q. d. *collimatio aquarum*, i. e. ad quod aquæ confluentes tendunt, a rad. Arab. יםם *intendit petiitque* aliquid, *collimavit & convertit se* ad aliquid. Conf. Eccles. 1, 7. Sirac. 40, 11. Sed יָם, unde pl. יַמִּים & יַמּוֹת, idem est cum יום *dies*, quod vid. Sect. V. §. 22.

יָע pl. יָעִים Exod. 38, 3. vulgo *palæ*, al. *scopæ*, quibus cinis removetur, a יעת Jes. 28, 17. quod vulgo exponunt *auferre*, *removere*, sed LUD. de DIEU ad l. c. & CASTELLUS in *Lex. comburere*, ut Æthiop. ወዕየ:

כָּלָה *consummatio: consummatum*, *absolutum*, *totum*, & Adverb. *omnino*, *penitus*, rad. כלה *consummari*, *perfici*.

לָט, vid. supra לָאט.

מָן *manna*, sec. quosdam a מנה *definivit*, *constituit*, al. ab Arab. مان *sustentavit*, *aluit*, vel مَنّ *benignus fuit*, *beneficiis donavit*. Vulgo dictum volunt, quod eo viso dicerent מָן הוּא *quid hoc est?* Exod. 16, 15. *man* enim Aram. Arab. Æthiop. imo & Coptice atque Malaice, significare *quid?* quod præ aliis defendunt NOLDIUS in *Concord. Partic. Hebr.* p. 1038. PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* ad l. c. GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* De derivatione nonnеminis ex lingua Sinica vid. *Histor. Crit. Reipubl. Lit.* Tom. II. p. 132. cui se recte opposuit RUDBECKIUS in *Specimine usus linguæ Gothicæ* p. 143. seq. ipse tamen ex lingua Gothica non meliorem originem afferens, judice Ven. WOLFIO in *Curis Criticis* ad Joh. 6, 49. Sed fœmin. מָנָה *pars, portio*, definiendo constituta.

מַס

סָם Job. 6, 14. *liquefactus*, *dissolutus* i e. viribus & opibus destitutus, rad. מסה & מסס *liquescere*, *dissolvi.*

נָפָה 1.) Jes. 30, 28. *cribrum*, quo palea a frumento separatur, 2.) נָפָה & נֶפֶת *tractus terræ*, limitibus circumscriptus & separatus; sed נֹפֶת *mel lectissimum* q. d. *segregatum*, vel sponte ex favo *destillans*, (conf. צוּף) rad. נוּף proprie *separare*, *secernere*: *dispergere*, LXX. ἀφορίζειν, vid. Num. 8, 11, 13. coll. v. 14. ubi pro eo est הבדל: hinc 1.) *cribrare* Jes. 30, 28. 2.) *stillare*. Concinunt Chald. נפה Æthiop. נפר *cribravit*, Arab. נפי *disjecit*, *dissipavit*, it. *effudit* &c. Sic נכף *destillavit*, Æthiop. est *colavit*, רסס *separavit*, *fregit*, *rupit*, it. *sparsit*: *stillavit* &c.

סָךְ Ps. 42, 5. *turba*, *multitudo hominum*, q. d. *tectio terræ*, i.e. cujus copiâ terræ facies tegitur, conf. Exod. 8, 2. c. 10, 5, 15. c. 16, 13. Num. 22, 5, 11. Jes. 60, 6. Jer. 46, 8. Judith. 2, 11. rad. סכך *texit*. Conf. & sq. עָם, it. גּוֹי, & contra גָּלוּת. Sic Arab. جَنَانٌ *turba numerosa*, est a גנן *texit*, طَبْنٌ *ingens multitudo hominum*, similiter a *tegendo*.

סֹלֶת *simila*, *farina selecta*, a rad. Arab. سال *segregavit*, alias fere سل *extraxit*, unde سلالة *purior pars rei*, *quæ extrahitur* e re aliqua: *Extrahi* enim dicuntur subtilissimæ & purissimæ particulæ rerum, inquit Doctiss. SCHULTENS in *Notis* ad HARIRIUM p. 94. Conf. מֶשֶׁךְ. Sic a חלץ *extraxit*, est חָלוּץ *ad militiam selectus*, German. der Ausschuß, & Arab. خلاصة *purior meliorque rei pars*, Arab. نخب *extrahere* est & *seligere*.

עָב

עָב *nubes*, q. d. *tectio* & *obscuratio* cœli, rad. עוב in Hiph. *obnubilare*, alias עוף *velari*, *obtenebrari*, Syr. עוף & עפא *involvere*, Samar. עפי *tegere*, *operire* &c.

עַם *populus*, rad. עמם *texit*: quia sua multitudine collecta *obtegit* & *obscurat* superficiem terræ, dicente AVENARIO in *Lexico* ad h. v. & *populus*, regionem incolens, est ejus *tegumentum*, ut habet GUSSETIUS p. 168. qui confert לבש Ps. 65, 14.

עָקָה *pressura*, *angustia*, rad. עוק, alias צוק, *pressit*, (Transit. ut Sam. & Arab.) & Intransit. *pressus fuit*, *anguste se habuit*.

עָרָה, unde pl. עָרוֹת Jes. 19, 7. Hab. 3, 13. *denudationes*, a rad. ערה *nudari*, Arab. *deserere*. Vulgo in loco priori *papyros* exponunt, non alio fundamento, quam quia עור est *pellis*, *cutis*.

עָשׁ Job. 9, 9. vulgo *arcturus* vel *plaustrum*, sidus cœleste, q. d. *congregatio stellarum*, alias עַיִשׁ, a rad. עשׁ *convenit*, *congregavit se*. BOCHARTO in *Hieroz.* Part. II. p. 113. seq. idem est cum Arab. نَعْش *feretrum*, quomodo Arabes vocant *sidus ursæ majoris*, prima scil. Nun per Aphæresin abjecta. Conf. quoque GOLIUS in *Notis* ad ALFARGANUM p. 63. & HINCKELMANNUS in Præfat. ad *Coran.* p. 36. LUDOVICO de DIEU videtur esse *sidus piscis*, ex Æthiop. ubi asâ *piscis*. TH. HYDE denique in *Notis* ad ULUGBEIGHI *Tabulas Stell. Fix.* p. 23. intelligit *capellam*, magnam illam in auriga stellam. Aliud vid. Sect. IX. c. 2.

פַּז *aurum*, idque, ut recte a quibusdam redditur, *purum*, *depuratum*, *purgatissimum*: est enim a פזז Æthiop.

 abster-

absterſit, *mundavit*, unde & Particip. Hoph. מוּפָּז *depuratum*, *mundatum* 1 Reg. 10, 18. pro quo in loco parallelo 2 Chron. 9, 17. legitur טָהוֹר. Vulgo ad פזז referunt, quod explicant *roboratus*, *conſolidatus eſt*; ſed *roboris* illam & *ſoliditatis* ſignificationem, quia Gen. 49, 24. incerta eſt & in 2 Sam. 6, 16. plane non quadrat, jam dudum eliminavit A. SCHULTENS in *Animadv.* ad Geneſ. p. 33. ſeq. cui פזז coll. Arab. potius ſignificat, *agilis*, *levis fuit*, *ſaltavit*. Concinunt Chald. & Arab. אפז *ſubſiliit præ gaudio*, *exſiliit*, it. Arab. נפז & אבז *ſubſiliit*.

צָב *tectio: currus tectus* Num. 7, 3. Jeſ. 66, 20. ut reddunt ONKELOS, JONATHAN & Arabs, a rad. Arab. ضبّ in 2 Conj. *obduxit*, *texit*, *clauſit*.

צָו *præceptum*, verba præcipientis, rad. צוה *præcepit*.

צָפָה Ezech. 32, 6. *fluxus* vel *inundatio*, rad. צוף *fluxit*, *effluxit*, *exundavit*. Aliis eſt ipſum Particip. fœm.

צָר Pſ. 4, 2. *anguſtia*, *preſſionis* Effectus, rad. צור *arctavit*, *preſſit*, *hoſtiliter tractavit*.

קָו *amuſſis*, *filum longe extenſum*, vid. קַו Sect. V. c. 4. A *contorquendo* & *complicando* dictum vult Celeb. SCHULTENS ad HARIRIUM p. 136. 137. coll. rad. Arab. قوي, cui ille notionem *complicandi* & *contorquendi* tribuit.

קָט Ezech. 16, 47. *faſtidium*, rad. קוט *faſtidivit*. Conf. ſimile זָרָא.

קְשָׂה *ſcutella*, *urna*, *vaſculum*, & alia terminatione fœm. קֶסֶת, (quod idem eſſe jam dudum obſervarunt COCCEJUS & THOMASSINUS,) *vaſculum ſcribentis*, *atramenta-*

tarium, derivari poteſt a rad. Arab. نشا *opere tornatili elaboravit, tornavit*.

רָז, & cum Jod parag. רָזִי Jeſ. 24, 16. *emaciatio*, rad. רזה *emaciavit*.

שָׁנָה *annus*, *iteratione* vel reditu ſolis cum mutationibus conſequentibus ad idem punctum deſcriptus, rad. שנה *iteravit*. Conf. GUSSETIUS ad h. v.

שֹׁקֶת *aqualis*, *potationis* & *irrigationis* Medium, unde pl. שְׁקָתוֹת Gen. 30, 38. rad. שקה *potavit*, *rigavit*.

שָׂרָה *murus* Jer. 5, 10. alias שׁוּר, quod vid. p. 84.

שָׁתָה *fundamentum* ædificio *ſuppoſitum*, rad. שות *poſuit*.

תָּא *thalamus*, *procoeton*, a rad. Arab. ثوي *ſubſtitit*, *commoratus eſt*, *habitavit*. Conf. ſimile חֶדֶר.

תָּו *ſignum*, ſignando expreſſum, (vid. Ezech. 9, 4.) rad. תוה *ſignavit*. Sed Pſ. 78, 41. magis convenit ſignificatio Verbi Syr. *pœnitentem* vel *triſtem fecit*.

תֹּפֶת *deteſtatio*, *exſecratio*, rad. Chald. תוף, Æthiop. תפא *ſpuit*, *exſpuit*, Arab. תפף *deteſtatus eſt*. Convenit quoque Arab. تفا, Syr. תוף *repulit*, *abegit*. Aliud eſt Propr. (unde cum ה parag. תָּפְתֶּה Jeſ. 30, 33.) locus prope Hieroſolymam, ab *exſecranda idololatria* ſic dictus.

* * *

PARTICIPIA ſunt, ſed *Nominaliter* uſurpata: (conf. Sect. IX. c. 1. §. 2. & 3.)

גֵּר *inquilinus, hoſpes* Job. 19, 15. &c. fœm. גֵּרָה *hoſpita* Exod. 3, 22. rad. גור *peregrinari, commorari.*

עָר *æmulator, hoſtis,* ſec. ALB. SCHULTENS ab Arab. غار *zelotypiâ laboravit, invidus fuit.* Vulgo ad עור *evigilare,* referunt, parum commode. Quidam idem eſſe volunt cum ſeq. צַר, ע & צ permutatis.

צַר (alias צוֹרֵר) *hoſtis,* premens & hoſtiliter tractans alios, unde fœmin. צָרָה *inimica* 1 Sam. 1, 6. rad. צור *premere, hoſtiliter agere.* Aliud צָרָה vid. Sect. V. c. 2.

קָמָה *ſeges,* adhuc *ſtans* & in culmum *erecta,* rad. קום *ſtare.*

רָץ *curſor,* rad. רוץ *currere.*

שַׂר f. שָׂרָה *principatum gerens, Princeps,* rad. שור *principatum gerere.*

SECTIO

SECTIO III.

DE GEMINATIS.

SECTIO III.

CAPUT I.

DE GEMINATIS IN GENERE.

§. I.

HEbræi amant *geminationes*, easque tam integrarum vocum, quam solarum literarum radicalium.

De priore *Geminationis* specie, quæ non est hujus loci, videantur, qui de *Idiotismis* Linguæ S. præcepta tradiderunt, SENNERTUS, HACKSPANIUS, BUXTORFFIUS, PFEIFFERUS, GLASSIUS, HEERWARTUS, CELLARIUS, DANZIUS, D. J. H. MICHAELIS, HEUPELIUS & alii apud B. A. H. FRANCKIUM in Diss. de *Grammat. Hebr.* §. 20.

§. II.

Fit autem *Geminatio* illa litterarum vel EXPLICITE vel IMPLICITE. GEMINATIO EXPLICITA est, cum literæ geminatæ diserte exprimuntur, ut אֲדַמְדָּם ab אָדָם; IMPLICITA, quæ Punctis saltem insinuatur.

De *Explicite Geminatis* pluribus aget seq. Cap. 3.

§. III.

§. III.

Puncta Geminationem literarum *implicite* insinuantia, sunt 1.) *Dages forte*, cujus munus est geminare literas, ut דַּיָּן tantundem valet, ac si scriptum esset דַּיְיָן; 2.) ipsæ *Vocales*. IMPLICITE per Dages GEMINATA proprio nomine vocantur DAGESSATA, de quibus seorsim agitur Sect. VI.

§. IV.

Vocales Geminationem literarum virtualiter insinuant in tribus Formis Nudis פֵּקָד, פּוֹקָד & פּוֹקָד. Scilicet פֵּקָד tantundem valet, ac si diceretur פֵּקֵד פֵּקָד, ex utroque una saltem Vocali asservata; פּוֹקָד conflatum est ex פָּקוֹד פָּקוֹד; פּוֹקָד denique ex פָּקוֹד פָּקוֹד.

Fit ergo hæc *Geminatio* vel *Compositio* ex Formis *Nudis* illis, de quibus præced. Sect. II. præter פִּקֵּד, quæ ob

ob ſignificationis affinitatem commode ſub פָּקוּר comprehenditur, (conf. Sect. II. §. 13. 14.) & præter פָּקַר, quæ ſine *ταυτολογία* geminari nequit. Certe ejusmodi Combinationem vel Compoſitionem & ſignificationis cum *Explicite Geminatis* analogia ſuadet, & Hebraiſmi indoles nequaquam averſatur. Similiter enim Hebræi ex diverſis Perſonis, Generibus & Conjugationibus, maxime vero ex duobus Synonymis componere ſolent, ex utraque Compoſitionis parte aliquid aſſervando, vid. Sect. I. §. 11. & Sect. IX. c. 3. A ſententia noſtra parum abeſt Doctiſſ. A. SCHULTENS in *Clave Dialect.* p. 320. qui ejusmodi Nomina ab *Explicite Geminatis* arceſſit, ut una atque altera litera omiſſa ſit, e. g. כּוֹכָב ex כבכב, טוֹטָף ex טפטף &c.

§. V.

Quæ ſignificatio eſt *Geminationis integrarum vocum*, eadem etiam eſt *Geminationis ſolarum literarum* (θ). Atqui voces integræ geminatæ 1.) SUPERLATIVUM exprimunt, (ι) ut עָמוֹק

(θ) Tritiſſima eſt Hebræorum regula: כל כפל לחזק ענין *omnis geminatio eſt ad intendendam ſignificationem.* Cauſam ejus acute, ut ſolet, aperit NEUMANNUS in *Clave Domus Heber.* Part. II. p. 183. ſeq.

(ι) Similiter apud Latinos in antiquis inſcriptionibus Superlativum geminatione Poſitivi exprimi conſueviſſe, e. g. *BB. bene bene*, i. e. *optime*, *LL. libentiſſime*, *malus malus* h. e. *peſſimus*, notat BOHEMUS in *Gram. Hebr.* p. 51. ex VOSSIO de *Analogia* Lib. II. c. 23. Hebræos quoque hac in parte imitantur Armeni, qui e. g. *magnum magnum* dicunt pro *maximo*, vid. Celeb. SCHROEDERI *Theſaurus Armen.* p. 53. Imo & Sinenſes per repetitio-

עָמוֹק עָמוֹק *profundissimum* Ecclef. 7, 24. 2.) indicant CONTINUITATEM & ITERATIONEM, ut צֶדֶק צֶדֶק *justitiam justitiam sectaberis*, i. e. *indesinenter & continuo justitiam sectaberis* Deut. 16, 20. סוֹבֵב סוֹבֵב *continuo se vertens* Ecclef. 1, 6. 3.) DUPLICITATEM & DIVERSITATEM, intercedente Vau Copulativo, ut לֵב וָלֵב *cor duplex* Pf. 12, 3. (κ) 4.) MULTITUDINEM, CONGERIEM & VARIETATEM, (λ) ut בארות בארות *putei putei*, h. e. *putei plurimi* Gen. 14, 10. 5.) DISTRIBUTIONEM, (μ) ut מַטֶּה מַטֶּה *baculus*

Cc *bacu-*

titionem ejusdem characteris Nomina *Superlativa* & Verba *Intendendi* exprimere, docent A. MULLERUS GREIFFENHAG. in Comment. ad *Monum. Sin.* p. 17. & Celeb. BAYERUS in *Gram. Sin.* Lib. II. p. 159. Add. infra Sect. IV. not. (s)

(κ) Sic Lat. *& malum & malum* i. e. *duo mala*, PLAUTUS dixit *Amphitr.* Act. II. sc. 2. v. 91.

(λ) Quomodo & alias nonnunquam *Geminum* vel *Duplum* pro *Multo* sumitur: exempla vid. apud GLASSIUM in *Philol. S.* p. m. 1914. Sic Sinenses repetitione ejusdem figuræ Pluralem formare solent, vid. BAYERUS l. c. Lib. I. p. 19. & conf. NEUMANNUS in Præfat. ad *Exod. L. S.* p. 5.

(μ) Idem imitantur tam Arabes, dicentes e. g. כפרא כפרא *vicatim, per singulos vicos*, quam Æthiopes, (vid. LUDOLFI *Gram. Æthiop.* p. 142.) & Scriptor N.T. MARCUS c. 6. v. 39. 40. conf. VORSTIUS de *Hebraismis N.T.* c. 12.

baculus, i. e. *finguli baculi* Num. 17, 17. Eædem ergo fignificationes etiam competunt Nominibus his tam IMPLICITE quam EXPLICITE GEMINATIS: id quod exempla, jamjam recenfenda, luculenter confirmabunt.

CAPUT II.

DE IMPLICITE GEMINATIS IN SPECIE.

§. VI.

INdicant itaque tres IMPLICITE GEMINATORUM Formæ פֵּקָד, פּוֹקָד & פּוֹקָד

I. a Verbis *Tranfitivis*, vel ipfam ACTIONEM CONTINUAM & VARIAM, quæ *iterum iterumque repetitur vel repetita fuit*, ut נֵכָר *ignoratio iterata*, vel OBJECTUM ejusmodi ACTIONIS ITERATÆ & CONTINUÆ, ut אֹהָל *tentorium, quod continuo mox huc mox illuc transfigitur*, vel OBJECTUM ipfum ITERATUM & CONTI-

TI-

TINUUM, ut עֵנָב *uva habens acinos continuo junctos*, vel denique ACTIONIS MEDIUM, ut חוֹתָם *sigillum, quo obsignatio iteratur.*

II. A Verbis *Intransitivis*, notant vel ipsam ACTIONEM ITERATAM, ut מוּעֶדֶת *vacillatio continua*, vel SUBJECTUM ejusmodi ACTIONIS, PASSIONIS & QUALITATIS ITERATÆ, ut כּוֹכָב *stella continuo scintillans*, vel SUBJECTUM ipsum ITERATUM, CONTINUUM atque VARIUM, ut צֵלָע *latus, costarum compages.*

§. VII.

Cæterum Formæ illæ ejusdem naturæ sunt cum Simplicibus פָּקַד, פָּקוּד & פָּקוֹד. Est enim פִּקֵּד Forma *Affectuum, Defectuum & his contrariorum*, (conf. Sect. II. §. 5.) פּוֹקֵד *Temporis Præteriti*, (vid. ibid. §. 8.

§. 8.) פֻּקַּד *Temporis Indefiniti*, coll. ibid. §. 19.

§. VIII.

Singula exempla ſequenti exhibemus ſerie.

I. פֵּקֵד vel cum Jod פֵּיקֵד (*), Fœmin. פְּקֵדָה & פֵּקְדָה.

a) a Verbis *Tranſitivis*.

Affectus Gaudii. הֵידָד *celeuſma, vox ovantium continuo ingeminata*, rad. Arab. הרד *ſonum* vel *vocem edidit*, proprie *fregit, rupit*.

Copia. חֵמֶת (unde in Regim. חֵמַת Hoſ. 7, 5. & manente (‥) retractoque ſimul accentu ob vicinitatem ſequentis, חֵמֶת Gen. 21, 14.) *uter, lagena*, q. d. *infuſio continua & frequens*, h. e. cui continuo & frequenter infunditur, rad. Arab. חמת *infudit*.

Defectus, Privatio. נֵכָר *ignoratio iterata*, h. e. *quæ eſt ſingulorum*: ut ſi quis de re ignota quærat, ſinguli viritim negent ſe eam noſſe, (hinc e. g. אֱלֹהֵי נֵכָר *dii ignorationis*, h. e. *ignoti & pere-*

(*) Jod illud quieſcens non magis radicale eſt, quam in פְּלֵיטָה, שְׁלִית &c. Vocalis (‥) primæ ſyllabæ in quibuſdam manet immutabile, in quibuſdam mutatur, ſicut idem fit in Nominibus Formæ פֵּקֶד: qua de re in Grammatica.

peregrini, quos majores populi Israëlitici singuli & viritim ignoraverant Deut. 31, 16. coll. c. 32, 17.) Meton. *res ignota* Neh. 13, 30. rad. *ignoravit*, cujus Hiph. *ignotum agnovit*, significationem suam a Nomine mutuatur: unde porro significationem accipiunt Niph. *agnitus fuit*, & Hithpah. *agnoscendum se exhibuit*; cum alias notionem *ignorandi* habeant ex Kal.

עֵנָב *uva* habens acinos continuo junctos, rad. Chald. *conjunxit*. *Conjunctio.*

שֵׁגָל *uxor*, *conjux*, rad. *concubuit*, *inivit uxorem*. *Affectus Voluptatis.*

שֵׁכָר *potus*, *sicera*, quæ continuo & copiose ad ebrietatem usque imbibitur, rad. *bibere ad ebrietatem usque*, *potare*, hinc *inebriare se*, *inebriari*. *Copia*; conf. רָוָה.

b) A Verbis *Intransitivis*.

הֵיכָל *templum*, *palatium*, q. d. *procerum procerum*, h. e. *valde procerum & sublime*, habens scil. plures contignationes invicem impositas, rad. Arab. היכל *magnus*, *procerus fuit*, unde haicalon *res magnæ molis*, spec. *ædificium sublime*. *Virtus physica*; conf. contra שְׁפֵלָה.

חֵמָר *bitumen*, q. d. *rubrum rubrum*, h. e. *maxime rubrum*, ut contra *lutum* (Hebr. חֹמֶר) minus rubet: rubere enim *bitumen*, testantur DIOSCORIDES, AVICENNA, SERAPIO & ABEN-ESRA apud BOCHARTUM in *Phaleg*. Lib. I. c. 11. vel quod continuo ex fonte suo *efferveat* & *ebulliat*, (vid. de ejusmodi fontibus Gen. 14, 10.) rad. *efferbuit*, it. *rubuit*. Conf. Verbum Geminatum חמרמר Job. 16, 16. & Nomina שְׁחַרְחַר, אֲדַמְדָּם &c. *Virtus physica*, conf. לָבָן; *vel Copia.*

Conf. אָזֵן. כֵּילַפּוֹת pl. Pſ. 74, 6. *ſecures acutæ acutæ*, i. e. *utrinque acutæ*, *bipennes*, coll. Chald. & Syr. כולבא *bipennis*, cum ב: unde derivari poteſt a rad. Arab. כלב *acutus fuit*; vel a כלף Chald. *concîdit*, *occidit*, *percuſſit*, (German. **klopfen**, Græc. κολάπτω, quod confert AVENARIUS,) Arab. *reſecuit*.

Conf. חָיָה. לֵבָב *cor*, continuo iteratisque vicibus *vivacitatem* ſuam palpitando exſerens, (conf. Verbum Geminat. סחרחר de *corde* Pſ. 38, 11.) rad. לבב in Kal inuſit. proprie **leben**, *vigere*, *vivum*, *vividum*, *animoſum eſſe*, in Niph. *animoſum fieri*, *animum ſumere*, unde Pah. Aram. *animoſum reddere*, *animare*, & Pih. Hebr. *recreare*, German. **laben**, Cant. 4, 9. inde & Chald. Geminat. לבלב *vigere*, *germinare*. Sed ſignificatio *placentas coquendi* 2 Sam. 13, 6, 8. eſt a Nomine לְבִיבוֹת *placentæ*.

Sectio. צֵלָחָה 2 Chron. 35, 13. *paropſis*, *catillus*, Æthiop. transpoſ. ጸሕለ: *patina*, Arab. زُلُحٌ *patinæ magnæ*, a rad. צלח proprie *ſecuit*, (v) hinc *tranſiit*, quia a manu in manum *tranſit*, dicente COCCEJO in *Lexico*: quod tamen magis

(v) Ut Chald. & Syr. quod dudum notavit LEIGHIUS in *Critica S.* Verba autem *Secandi* etiam ſenſum habent *Tranſeundi*: exempla habes ad צִיר, quibus ex Arab. adde جاب , خلّ , خرق , مضي , غذا , ضرب, בכע vel בקע, גזע, זמר, טען, כרא, לחב, מזע, מסח, מעל, כנא, סאר, עוק, עצף, פלח, פצל, פרי, קדד, קטע, שגג. Sic נגר Syr. *ſecare*, Sam. eſt *tranſire*, & Lat. dicitur *ſecare viam, auram, æthera, Zephyrum*, it. *ſcindere viam*, Græc. τέμνειν ὁδὸν vel κέλευθον, &c. Conf. ſuo loco סָלַח.

magis convenit *calici*, (conf. Hab. 2, 16.) quomodo concinit Syr. זלחא & זלעא *calix*, *patera*.

צֶלַע (ξ) q. d. *costa costa*, h. e. *costarum compages*, *latus*, vid. צֵלָע Sect. seq. *Copia.*

שֵׂעָר q. d. *pilus pilus*, i. e. *pilorum congeries*, vid. שְׂעָרָה Sect. seq. *Copia.*

* * *

II. Forma פּוּקָד; Fœmin. פְּקֻדָּה & פּוּקֶדֶת,

a) a Verbis *Transitivis*.

אֻרְוָה & אֻרְיָה *consociatio jumentorum continua*, h. e. *stabulum*, vid. אֻוֵרָה Sect. II. p. 51.

דּוּדָאִים

(ξ) Huc etiam pertinet, quia acutum est, צֶלַע, cum (-), ut in plurimis Codicibus legitur Gen. 2, 22. Nam Formæ hæ Geminatæ nonnunquam cum (-) occurrunt, ut סוּגַר, כּוּבַע &c. pro (ᵛ), observantibus id quoque KIMCHIO in *Michlol* fol. 50. b. & DANZIO in *Literatore* p. 263. procul dubio ex Chaldaismo: nam Chaldæi (ᵛ) ex his Formis in (-) mutant, ut כּוֹכַב pro Hebr. כּוֹכָב. In editionibus tamen BOMBERGII, MUNSTERI, PLANTINIANA, ATHIÆ, OPITII, CLODII, MAII, HOGTHII, IABLONSKIANIS &c. צֵלָע legitur, & quidem recte, ut ex plurimis Mscr. Hispan. probat R. MENACHEM in *Or Tora* fol. 2. a. quod cum vi Formæ *costam* significare nequeat, Hebræorum confirmat sententiam de Eva non ex simplici *costa*, sed ex *latere* Adami condita: quod etiam GUSSETIO placet in *Comment. L. Ebr.* p. 716.

דּוּדָאִים pl. 1.) *flores & fructus dilecti dilecti*, h. e. *plures fasciculi florum vel fructuum in eadem arbuscula vel caule pendentes*, a rad. inusit. דוד alias ידד, Arab. ودّ *dilexit.* (o) Quæ denominatio quam bene conveniat ficui Indicæ, Orientalibus *Maus* s. *Mus* dictæ, pluribus in pec. Exercitatione a me demonstratum est. 2.) *corbes* Jer. 24, 1. q. d. *positiones positiones*, i. e. *corbes diversos loculos* vel *forulos habentes*, vel *quibus repetitis vicibus & continuo imponi solet*, vid. דוד p. 87. Ad priorem tamen significationem etiam h. l. referunt CHR. RAVIUS in pec. Differt. de *Dudaim*, HEIDEGGERUS in *Histor. Patriarch.* Tom. II. Exercit. XIX. SEBAST. SCHMIDIUS in Commentar. ad l. c. & ANONYMUS in Freywilligen Hebopffern, XI. Beytr. p. 67. seq.

יוּקָשׁ *insidiis continuis irretitus* Eccles. 9, 12. rad. יקשׁ *insidiari: irretire.* Quidam יוּקָשׁ dici volunt pro יֻקָּשׁ, ut pertineat ad Dagessata, de quibus Sect. VI. §. 13. Conf. infra עוּל & suo loco יָקוּשׁ.

כּוּמָז genus ornamenti muliebris, habens continuos globulos, vulgo *cingulum bullatum*, CASTALIONI *torques*, fortassis *linea margaritarum*, vel quale ornamentum Romani vocant *bullas*, VIRGILIUS *baccatum monile*, margaritis consertum, rad. Arab. *manibus congessit coëgitque rem in rotundiorem formam.*

סוּגַר

(o) Assumto א Epenthetico, vel alternantibus Formis Quiesc. tertia & media radicali, quo Formæ פּוּקָר respondere queat, sicut in לְלָאוֹת. Similis alternatio obtinet in אוֹפָן; in טוֹטָפוֹת eadem de causa prima radicalis geminatur, in שׁוֹבָב tertia.

סוּגַר (π) vulgò *cavea*, rectius sec. KIMCHIUM, PAGNINUM & alios, *compes*, vel sec. Chaldæum, *vinculum colli*, *collare*, Græc. κλοιὸς, habens scil. continuas ligaturas s. clausuras, rad. *clausit*, Arab. spec. *clausit collari injecto*. Conf. infra כּוֹשָׁרוֹת, שַׁרְשְׁרָה &c.

עוּגָב instrumentum Musicum, constans tibiis vel calamis *dilectis*, h. e. suaviter sonantibus, iisque (vi Formæ) continuo junctis: *syrinx*, *fistula disparibus septem compacta cicutis*, ut describit CALMETUS in Differt. de *Instrument. Music.* ex VIRGIL. Eclog. II. quo etiam tendit ONKELOS, qui reddit per אבובא i. e. *fistula ex novarum frugum calamis confecta*. Rad. *dilexit*, Arab. *miratus est*, it. *jucundus fuit*.

*
* *

b) A Verbis *Intransitivis*.

לֻלָאוֹת pl. *ligulæ geminatæ s. binæ*, ex opposito scil. sibi respondentes, ac uncino (Hebr. קֶרֶס) jungendæ. GUSSETIUS contendit, fuisse *foramina:* cujus sententiæ obstat, quod dicantur fuisse ex תְּכֵלֶת Exod. 26,4. ut recte contra eum monet NEUMANNUS in *Clave Domus Heber* Part. I. p. 69. Procul dubio ejusdem originis est cum

 לוּל

(π) Cum (-) loco (ˇ), conf. supra not. (ξ). ABRAHAM de BALMES tamen in suo מקנה אברם c. 4. testatur, se in libris suis reperisse סוּגָר cum (ˇ). Sed vitiosa plane est lectio BEN NAPHTALI סוּגַּר cum gemino Paschta, quasi sit Milhel, apud KIMCHIUM in *Michlol* fol. 50. b.

לול *cochlea*, *gradus*, & לַיִל *nox*. Significatio generalis, tribus vocibus communis, videtur esse, *intercedere inter duo*, scil. vel *ad discriminandum* (unde Æthiop. ለለየ: *fecit differentiam inter duo*, cum j in fine, sicut in Chald. לֵילְיָא,) vel *ad conjungendum*. *Cochlea* s. *gradus* inter duas contignationes intercedit, quo ab una ad alteram detur aditus; *nox* inter binos dies intercedit, eos distinguens, conf. Gen. 1, 4, 5. sic *ligulæ* inter duas cortinas, ad easdem conjungendas.

מוּעֶדֶת *vacillatio continua* Prov. 25, 19. unde *pes continuæ vacillationis*, i. e. *continuo vacillans*, GUSSETIO *pes vacillatorius*, sicut ibid. שֵׁן רֹעָה *dens fractionis*, h. e. *fractus*, rad. מער *vacillare:* quod jam per se non unum quendam actum, sed statum vacillationi obnoxium sive vacillationem iteratam involvit, monente eodem GUSSETIO in *Comment. L. Ebr.* p. 474.

שׁוּלָם, unde derivari potest fœm. שׁוּלַמִּית q. d. *perfecta perfecta*, i. e. *ex omni parte perfecta*, Cant. 7, 1. rad. *integer*, *perfectus fuit.*

שׁוּעָל *vulpes*, sec. BOCHARTUM sic dicta a *tussi*, quam gannitu suo referat, rad. Arab. & Æthiop. *tussivit.* Sed, ut bene monet HILLERUS in *Hieroph.* Part. I. p. 178. Verbum illud Arab. & Æthiop. potius a Nomine שׁוּעָל formatum est, q. d. *vulpis in morem tussivit.* Malo ergo cum MAJO in *Histor. Animal.* Part. II. c. 11. deducere ab Arab. شعل *parte caudæ* vel *antiarum candicavit:* unde שׁוּעָל vi Formæ erit *animal hinc inde candicans*, auribus scil. pedibus & cauda: quale genus vulpium Græcis vocatur

λαμ-

λαμπτερὶς, German. Roth-Fuchs. Aliam derivationem habet HILLERUS l. c. vid. & MAJUS l. c. (ρ)

III. Forma פֹּקֵד, Fœmin. פֹּקְדָה & פֹּקֶדֶת,

a) a Verbis *Transitivis.*

אֹהֶל Jud. 19, 9. unde pl. אֹהָלִים, *tentorium*, quod continuo mox huc mox illuc transfigi solet, rad. *figere, transfigere tentorium.*

אוֹצָר *collectio iterata*, Meton. 1.) *repositorium, collectionis* Medium, in quo res continua iterataque collectio-

 ne

(ρ) Nota est παρερμηνεία, admissa præsertim ab Autore Observationis XIV. in *Observat. Select. Hal.* Tom. VIII. שׁוּעָל Jud. 15, 4. idem esse cum שֹׁעַל *pugillus*: cui se recte opposuerunt Ven. LOESCHERUS in *Antiquo-Novis Theol.* an. 1705. p. 230. seq. & p. 425. sq. in *Decimis Evangel.* Tom. I. Lib. V. c. 6. & de *Causis L. Ebr.* p. 480. sq. B. H. GEBHARDI & Celeb. D. HEINIUS in pec. Dissertationibus de *Simsoniana asini maxilla*, Ven. DEYLINGIUS in *Observat. S.* Part. I. p. 97. seq. FR. MAYERUS in Dissert. de *Vulpeculis Simsonis*, recusa in *Thesauro Theol. Philol.* p. 428. seq. Celeb. I. I. SCHROEDERUS in duabus Diss. de *Vulpibus Simsonis*, HILLERUS in *Hierophyt.* Part. I. p. 178. 179. & alii apud STOCKIUM in *Clave Hebr.* ad h. v. add. IOH. SIDELMANNUS de *Maxilla Simsonitica*, Hafn. an. 1706. Nec magis se probat alia Viri cujusdam docti conjectura in *Biblioth. Brem.* Class. VIII. Fasc. 5. Diss. 4. שׁוּעָלִים esse *Nomen Gentile* a Nomine loci 1 Sam. 9, 4. vel potius c. 13, 17. *Faces ardentes* intelligendas esse, evidentissimis se evicturum argumentis promisit OL. RUDBECKIUS Fil. in pec. Tractatu, quem tamen lucem vidisse, nobis non constat.

ne colliguntur & reponuntur, 2.) *thesaurus*, collectionis ejusmodi Objectum, rad. *collegit.*

גּוֹזָל *pullus avium*, continuis nunc hominum nunc bestiarum rapinis expositus, rad. *rapuit.* BOCHARTUS dictum vult a *pipitu*, Arab. اَلْجَزَل, (sicut Lat. *pipio*, ab ingeminato sono *pipi*,) contra quem vid. NEUMANNUS in *Exodo L. S.* p. 263.

גּוֹרָל *calculus*, *lapillus sortibus adhiberi solitus: sors*, (Græc. *κλῆρος*,) sic dici putatur pro רוֹגָל, ab iterata & continua *exploratione*, vel a repetita inter sortiendum projectione, rad. רגל *exploravit.*

חוֹתָם f. חוֹתֶמֶת *sigillum*, quo *obsignatio* iteratur figuraque insculpta multoties cerâ exprimitur, sive in scripto eodem, (unde *liber obsignatus 7 sigillis* Apoc. 5, 1.) sive in diversis, rad. *obsignavit.*

טוֹטָפוֹת pl. *frontalia*, *Φυλακτήρια*, a rad. Chald. & Arab. טוף *spectavit*, *aspexit*, it. *circuivit*, *circumdedit:* quod frequenter & iterato aspicienda essent, recordationis scil. ergo, ex mandato Dei Exod. 13, 9, 16. Deut. 6, 8. c. 11, 18. Alii ex significatione *circumeundi* sic dicta volunt; alii demum aliter. Prima radicalis explicite geminatur, ut huic Formæ respondere possit.

קוֹבַע & כּוֹבַע (alternantibus כ & ק) *galea*, huc refero: quia 1.) scribitur cum Cholem pleno, 2.) in plur. facit כּוֹבָעִים, 3.) est Milra, ut Ezech. 23, 24. c. 27, 10. c. 38, 5. quamvis alibi occurrat Milhel, ut 1 Sam. 17, 5, 38. Jes. 59, 17. quomodo ad Segolata pertinet. KIMCHIUS in *Michlol* fol. 50. b. etiam in sing. cum (ָ) legit, כּוֹבָע, & sic legisse

R. JE-

R. JEHUDAM teſtatur. Derivant autem a rad. Arab. קבע *abſcondit*, *texit*, ſpec. *caput*, Hebr. *defraudavit*, *ſpoliavit*, proprie ſec. MAJUM, *per occultas tectasque fraudes*, vel ſec. ALB. SCHULTENS, *oculis capitique injecto quaſi operimento*, conf. ſuo loco בֶּגֶר. Unde קֹובַע vel כּוֹבַע *capitis* erit *abſconſio continua*, h. e. qua totum caput circumcirca tegitur: & ſic conf. Geminatum הַלּוֹט הַלּוֹט *abſconſio abſconſio*, i. e. quæ fit undique & circumcirca Jeſ. 25, 7. Vel q. d. *abſconſio geminata:* quia antiquitus *galeæ* ex corio geminato lamináve obducto confici ſolerent, unde *galea* τρίπτυχος i. e. *triplicata*, apud HOMERUM *Iliad.* λ. 353. quamvis id nominis poſtea ad galeas quasvis traheretur.

כּוֹתֶרֶת, (Formæ חוֹתֶמֶת) unde plur. כּוֹתָרוֹת (σ), *coronamentum*, quo aliquid circumcirca cingitur, rad. *cingere*. Conf. Verba Geminata סבסב, גלגל &c.

מוֹרַג (quidam Codices Jeſ. 41, 15. regularius habent מוֹרָג) *tribula*, ſic dicta, quod per aream huc illuc repetitis vicibus verſetur, rad. Chald. *impulit*, *propulit*,

(σ) Tanquam a ſing. כּוֹתָרָה, ut recte monet COCCEIUS in *Lexico*. Vulgo ad formam Participii Benoni פֹּקֶדֶת refertur. Sed 1. nullum Particip. fœmin. in plur. cum (ָ) occurrit; 2. Nomina plur. fœm. cum (ָ), quibus Grammatici regulam ſuam de ejusmodi (ֶ) in plur. in (ָ) mutando confirmant, non ſunt a ſingularibus Segolatis, ſed Kametzatis, ut עֲטָרוֹת a ſing. עֲטָרָה, מִשְׁפָּחוֹת a ſing. מִשְׁפָּחָה, בָּנוֹת a ſing. בָּנָה &c. 3. (ֶ) illud Nominum fœmin. potius in (ְ) mutatur, ut אִגְּרוֹת ab אִגֶּרֶת, בְּסָמִים a בֶּסֶמֶת, כִּנְּרוֹת Propr. a ſing. כִּנֶּרֶת: & ſic ſemper in Participiis.

pulit, Arab. *motus fuit*, & per Gain, *volutatus fuit*, in 5 Conj. *volvit & revolvit se.* Quidam a גרר deducunt, ut sit pro מגור, vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. p. 310. quomodo convenit Pers. جرجر *tribula cylindri instar, ferreis clavis obsita.* In plur. Dages f. accipit, מוֹרַגִּים (cum (.) pro (-), sicut fit a בַּת, חַת &c.) 2 Sam. 24, 22. & porro resoluta Vocali brevi & Dages f. in Vocalem longam, מוֹרִיגִים 1 Chron. 21, 23.

עוֹלָל *infans, qui lactatur*, cui iteratis vicibus bibendum datur, rad. Arab. *iterum iterumque bibendum dedit*, Hebr. עול *lactavit*, vid. עול p. 88. al. a *continuis lusibus*, quibus hæc ætas dedita est, a rad. עלל Hebr. *operari*, in Hithpah. *ludificari*, Arab. in 5 Conj. *jocari.* Conf. עוֹלָל Sect. VI.

עוֹלָם *seculum, tempus dupliciter occultum & obscurum*, nim. quoad terminum *a quo* & *ad quem*, vulgo ad radicem עלם *abscondere, occultare*, referunt; sed ם potius servile est, coll. Synon. עֶלְיוֹם: vid. ergo Sect. VIII. c. 2.

שׁוֹעֵר Jer. 29, 17. *horrendus horrendus*, i. e. *summopere horrendus*, ita ut horror horrorem excipiat, rad. שׁער, alias שׂער (per Sin) *horruit.* Conf. Explicite Geminata שְׁעֲרוּרָה & חַתְחַת.

שׁוֹפָר *tuba*, vulgo ad שפר *pulchrum esse*, referunt. Sed quia Arab. scribitur שבור, per ב, malo referre ad שבר *frangere:* ut sic dicta sit a *soni fracti ingeminatione* (τ). Conf. חֲצֹצְרָה Sect. IX. c. 3.

b) A

(τ) Nam vocabula *secandi* & *frangendi* ad *Sonos* referuntur, ut זמר, פצח; sic Lat. *fragor*, *rumpere vocem*, Græc. *ῥῆξαι φωνὴν*, *fractos sonitus*

* * *

b) A Verbis *Intransitivis.*

אוֹפָּן, bis per (-) אוֹפַּן Ezech. 1, 16. c. 10, 10. *rota* continuo sese vertens, Formam habet ab אפן, sed significationem a פנה *vertere se.* Conf. Explicite Geminatum גַּלְגַּל.

דּוֹנַג sec. quosdam Codices Ps. 97, 5. alibi per (-), *cera*, sic dicta a *flexilitate*, quod iteratis vicibus indurata in varias formas emolliatur, a rad. inusit. רנג, Arab. transpos. غدن *flexus fuit*, alias دعن *emollitus fuit.* Consentit NEUMANNUS in *Exodo L. S.* p. 343.

כּוֹכָב *stella*, continuo repetitisque vicibus scintillans & micans, a rad. Arab. כיכב *micuit*, *fulsit*; nisi potius Verbum a Nomine deductum sit, ut videtur ALBERTO SCHULTENS in *Clave Dialect.* qui כוכב dici vult pro כבכב, ab Arab. כבב *in globos convolvit.* Vid. quoque Sect. IX. c. 3.

כּוֹשָׁרוֹת pl. Ps. 68, 7. *loca ubique recta ac plana*, (quibus opponuntur עקלקלות,) rad. *rectus fuit.* Quidam כושרות dici putant pro קושרות *catenæ*, ob *continuas ligaturas*, quibus constant, a rad. קשר *ligavit.*

שׁוֹבָב *continuo, iterum iterumque se avertens & recedens: inconstans*, a שוב *reverti, avertere se*, tertia radicali geminata, sicut in Pihel ejusmodi Verborum.

שׁוֹלָל

---

nitus tubarum dixit VIRGILIUS Georg. IV. 72. Syr. פקע *rupit*, *fregit*, it. *strepuit*, *tonuit*, Arab. *sonitum edidit*, *striduit*, Chald. תרע *rupit*, *fregit*, in Aph. *clanxit sono fracto*, Arab. הרד *fregit*, *rupit*, it. *sonum edidit*, ضرب *abscidit*, it. *cecinit buccina*, קצף *fregit*, it. *vehementer sonuit*, &c.

שׁוֹלָל, cum Verbo יֵלֵךְ jungitur, unde commode exponitur *error, quo quis hinc inde oberrat, oberratio*, vel *errabundus, hinc inde oberrans*, ex ſignificatione radicis Chald. שׁלל *inſanus fuit vel factus eſt*; (quo quidam etiam Hebr. referunt Pſ. 76, 6. Jeſ. 59, 15.) alias שׁלה *erravit, aberravit*, unde שַׁל *error*,) Syr. תלל *inſanivit.* Conſ. Explicite Geminatum תַּעְתֻּעִים.

CAPUT III.
DE
EXPLICITE GEMINATIS IN SPECIE.

§. IX.

DE Significatione EXPLICITE GEMINATORUM, quæ ob analogiam cum IMPLICITE GEMINATIS commode huc referuntur, dictum eſt ſupra §. 5. Sunt tamen, qui in diverſum hic abeunt, contendentes, GEMINANTIA PRIMAM ET SECUNDAM RADICALEM, ſignificationem quidem *intendere*, GEMINANTIA vero SECUNDAM ET TERTIAM, eandem *diminuere*, nixi præſertim autoritate ABEN-ESRÆ, qui id paſſim inculcat: cujus *Diminutionis* exempla affe-

afferunt אֲדַמְדָּם *ſubrufus*, & יְרַקְרַק *ſubviridis*. Quam ſententiam merito rejicit KIMCHIUS, poſtque eum NEUMANNUS in *Geneſi L. S.* c. 3. §. 27. ſeq. & BOCHARTUS, ὁ πάνυ, in *Hieroz.* Part. II. p. 689. fruſtra eo nomine notatus ab HILLERO in *Gram. Hebr.* p. 218. & a NOLDIO in *Concordant. Particul. Hebr.* p. 779. qui neutri partium fidendum putat. Diſtinctionem enim illam fallere, monſtrabunt exempla infra recenſenda; neque ob duo illa exempla opus eſt nova regula, cum facile ad reliquorum reducantur analogiam.

§. X.

Ipſius vero GEMINATIONIS EXPLICITÆ diverſa ratio non a ſignificationis diverſitate, ſed a Verbi primitivi diſcrimine pendet. Nam I. GEMINANTIA PRIMAM ET SECUNDAM RADICALEM, tertia neglecta, ſunt a Verbis *Quieſcentibus tertia* ה. II. GEMINANTIA PRIMAM

ET TERTIAM, media neglecta, ſunt vel a *Defectivis* vel a *Quieſcentibus ſecunda radicali.* III. GEMINANTIA SECUNDAM & TERTIAM, deſcendunt vel a *Perfectis*, vel a *Quieſcentibus prima Jod*, quæ vel manet, ut יְדַקְדֵּק, vel perit, ut צְאֶצָּא. IV. GEMINANTIA SOLAM TERTIAM RADICALEM, ſunt partim a *Perfectis*, partim a *Quieſcentibus media.*

Pauca quædam, quæ vel ſolam primam vel ſolam ſecundam radicalem geminare videntur, ad Compoſita referimus, de quibus Sect. IX. c. 3.

§. XI.

Talia EXPLICITE GEMINATA ſunt:

I. GEMINANTIA PRIMAM ET SECUNDAM RADICALEM, tertia neglecta.

סַאסְאָה (pro סְאַסְאָה) q. d. סְאָה סְאָה *modius, modius*, i. e. *modiatim* Jeſ. 27, 8. vid. סְאָה. CASTELLO idem eſt cum Æthiop. ſaſa *eloquentia*, al. *reſponſio*, a rad. ወሠአ: *reſpondit*, in 8 Conj. *diſputavit, diſceptavit, refutavit: clare diſſeruit, demonſtravit.*

עַרְעָר *nudatiſſimus*, *plane deſertus*, ſcil. vel homo, ut Pſ. 102, 18. vel frutex & arbor, ut Jer. 17, 6. quam vulgo *myricen* vel *juniperum* eſſe volunt, a rad. ערה *nudatus eſt*,

est, in Pih. ערער *penitus denudavit*, Arab. ערא *deseruit*, *destituit*. Sed עֲרוֹעֵר pertinet ad Composita.

קַשְׂקֶשֶׂת *squama squamæ adhærens*, *squamarum congeries*, sec. FORSTERUM, BOCHARTUM & alios a קשה Arab. قسا *durus fuit*.

שַׁעֲשֻׁעִים pl. *oblectationes*, *aspectus frequentes cum voluptate conjuncti*, rad. שעה *aspexit*, proprie *cum voluptate*, hinc *oblectavit se*.

שָׁשַׁר (pro שַׁרְשַׁר, omisso priore ר, ut observat HILLERUS in *Onomast. S.* p. 424. & in *Gram.* p. 21. sicut בָּבֶל pro בַּלְבֵּל: cujus extritionis plura exempla vid. apud BOCHARTUM in *Geograph. S.* p. 69. 433. 658. & DRUSIUM in *Observat. S.* Lib. XI. c. 23.) *infectio*, *coloratio varia* s. *variegata*, derivo a rad. Æthiop. ሠረቀ: *infecit colore*. Vulgo *minium* intelligunt, quomodo convenit Arab. اشزر *rubicundus*, & شزرة *rubedo*.

תַּלְתַּל *copiose pendulus*, h. e. *crispus*, (sicut a Lat. *cinnus* est Geminatum *cincinnus*,) derivant a תלה *appendit*, al. regularius a תלל *accumulavit*. Convenit Verbum Arab. תרלדל *pendula fuit res*, Chald. מרולדל & Æthiop. ደለለ: *pendulus*.

תַּעְתֻּעִים pl. *errores varii*, cum quis hinc inde vagatur & oberrat, rad. תעה in Pah. תעתע *vagari*, *errare*. Sed Gen. 27, 12. & 2 Chron. 36, 16. magis quadrat significatio radicis Arab. ثغي *risit*, *in risum erupit*; vid. CASTELLUS ad rad. תעע.

* * *

II. GEMINANTIA PRIMAM ET TERTIAM RADICALEM, media neglecta.

בַּקְבּוּק *lagena*, a sono, quem inter evacuandum edit: unde Verbum Arab. בקבק *sonum edidit* amphora, dum aqua ex illa effunderetur.

בַּרְבֻּרִים pl. *animalia lectissima*, vel *selecta varii generis*, rad. ברר *seligere, separare;* vid. Neh. 5, 18. & conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. Lib. I, c. 19.

גַּלְגַּל *res volubilis, quæ continuo volvitur*, ut 1.) *rota* Jes. 5, 28. c. 28, 28. &c. 2.) *sphæra cœli*, ut exponi solet Ps. 77, 19. 3.) *stipula, palea*, vel alia res levis, quæ a turbine in orbem agitur, Chald. & Syr. גלא, rad. גלל, in Pih. גלגל, *volvere, in rotundum agere.* Inde quoque est

גֻּלְגֹּלֶת *cranium, caput*, undequaque rotundum, proprie humanum (v).

גַּרְגַּר Jes. 17, 6. vulgo *granum, bacca*, rectius *sorbitio, deglutitio*, ut Arab. جرجر, NEUMANNO in *Exodo L. S.* p. 291. ein Schlung, rad. Chald. *sorbere.* Sed fœmin. גַּרְגְּרָה *faux*, qua fit ejusmodi *sorbitio*, sec. eundem NEUMANNUM a *repetitis & valde multis motibus*, quibus spiritus huc illuc trahitur atque iteratur, coll. rad. Chald. גרר *trahere, attrahere:* unde & Arab. غرغر Lat. *gargarizare.*

דַּרְדַּר

(v) Caput hominis sphæricum est seu globosum, ob summam totius hominis perfectionem & excellentiam, cum reliquorum animantium capita perfecta hac careant forma: DIETERICUS in *Antiquit. Bibl. V. T.* p. 778.

עֵת *tempus*, vulgo ab עות *tempestive loqui* Jes. 50, 4. sed hoc potius a Nomine deflexum est, ut recte monet Doctiss. SCHULTENS ad Exod. 21, 10. (ζ)

צֵל contractum ex צֵלֶל *umbra*. In plur. pro צִלִּים dictum putatur צֶאֱלִים Job. 40, 22. mutata altera similium in א, more Syrorum.

קֵן *nidus*, ignotæ originis: nam Verbum in Pih. קִנֵּן *nidum fecit*, a Nomine formatum est.

רִבּוֹת

(ζ) Videtur עֵת contractum esse ex עֵתֶד (absorpta litera molliori ד, sicut in אַחַת, לַת & שֵׁשׁ, quod pro שֵׁדשׁ dicitur, ut patet ex Arab. & Æthiop. vid. DANZIUS in *Literat.* §. 56. 1. 4.) a rad. עתד *præsto fuit*, Chald. in Ithpah. *se stitit*, *venturus est*. Ut עֵת proprie sit *tempus*, *quod præsto est & jamjam instat.* Unde & Chald. pro eo dicitur עִדָּן Dan. 2, 8. Arab. عدان, servato ד, & fœm. עַתָּה proprie est *tempus præsens & jamjam imminens*, hinc Adverb. *nunc*, *jam*. Huc quoque referunt כְּעֶנֶת Esr. 4, 10. & sine נ, כְּעֶת ibid. v. 17. quod exponunt: *secundum tempus*, alii rectius: *& cætera*. Derivari enim potest ab Arab. עתת *identidem dixit*, & cum Gain, *repetitis verbis dixit*, *subjunxit rem rei*, *fecitque*, *ut altera alteram sequeretur*, unde غَتّ *sequela*. Est ergo עֵת & resoluto Dages in נ, עֶנֶת *sequela* vel *idem quod jam dictum est*, & כְּעֶת vel כְּעֶנֶת *secundum idem*, *quod jam dictum totiesque repetitum fuit*, *quodque repetere supervacaneum esset*, vel *juxta sequelam & seriem consuetam*, Lat. *& sic deinceps*, Græc. ἑξῆς.

רְבוֹת singulare, vid. רִבּוֹא inter Dagessata Sect. seq.

רִנָּה *clamor, cantus, jubilum*, rad. *clamavit, cecinit.*

שִׁטָּה vulgo cedri species, a *longitudine & proceritate*, rad. Arab. *longus, recta statura fuit.* Alii ex descriptione HIERONYMI ad Joël. 3. & Mich. 6. colligunt, esse *acaciam*, Arab. سَنْطٌ, Ægyptiis sant, & שִׁטָּה dici pro שִׁנְטָה. Vid. URSINUS in *Arbor. Bibl.* p. 317. seq. HILLERUS in *Hieroph.* Part. I. c. 48. SALMASIUS in *Homonym. Hyles Jatr.* c. 102. RELANDUS in *Descript. Palæstinæ* p. 521. MAJUS ad COCCEI *Lexicon* p. 122. & fusius TH. HASÆUS in *Sylloge Dissert. & Observat. Philolog.* Diss. IV.

שֵׁרָה *catena, catenula*, Græc. σειρά, vid. שַׁרְשְׁרָה Sect. III. p. 222.

*
* *

III. Forma cum Cholem,

a) a Verbis *Transitivis.*

בֹּר Jes. 1, 25. vulgo *smegma*, rectius *metallum a scoriis purgatum*, coll. בַּרְזֶל, it. Æthiop. ብሩር፡ & ብሩር፡ *argentum*, ብርት፡ *æs.* Convenit quoque Persic. pur *chalybs*, & Lat. *ferrum.* Sed fœm. בֹּרִית *smegma*, quibusdam *herba saponaria*, qua vestimenta purgantur (*n*), rad. ברר

(*n*) De qua vid. URSINUS in *Herbario S.* p. 180. HILLERUS in *Hieroph.* Part. II. c. 16. & ex instituto J. M. LANGIUS in Dissertationibus III. de *herba Borith.* Singularis est conjectura OL. RUDBECKII Fil. in *Ichthyologia Bibl.* Part. II. qui per בֹּרִית non *herbam* aliquam vel *saponem*, sed *purpuram* intelli-

ברך *purgavit*, de *metallis* Dan. 11, 35. Aliud בֹּר vid. Class. seq.

גֹּל Zach. 4, 2. alias גֻּלָּה, *lecythus*, a *rotunditate*, conf. גָּלִיל, 2.) גֻּלָּה *scaturigo*, conf. גַּל, 3.) *orbis*, rad. *volvit*, *in rotundum flexit*.

חֹב Job. 31, 33. vulgo *sinus*, al. *latibulum*, rad. *texit*, *abscondidit*.

חֹל *commune*, *profanum*, vid. חָלַל.

חֻפָּה 1.) *obtectio*, *protectio* Jes. 4, 5. 2.) *thalamus nuptialis*, quo sponsus & sponsa *teguntur*, rad. *texit*, *protexit*.

חק f. חֻקָּה *delineatio*, *constitutio*, *præscriptio*: *statutum*, *præscriptum*, rad. *delineavit*, *descripsit*, *statuit*, *præscripsit*.

כֹּל *complexus*, *universitas*: *omnis*, rad. *summatim aliquid complexus est*, *absolvit*.

סֹךְ f. סֻכָּה *latibulum*, *tugurium*, *tabernaculum*, rad. *texit*, *obtexit*.

עֻגָה *placenta*, rad. *coxit*, spec. *placentas* Ezech. 4, 12.

עֹל, semel עוֹל Jer. 5, 5. *jugum*, quo mediante bos laborat, vel quod boum collis alligetur, rad. *operatus est*, *laboravit*, Arab. per Gain, *religavit in collo*.

קֻבָּה Num. 25, 8. idem quod Arab. قُبَّة *fornix*, *concameratum opus*, rad. Arab. *concamerato opere struxit*, sec. BOCHARTUM in *Hieroz*. Part. I. col. 1092.

רֹעַת

---

telligendam esse contendit: cujus sententiam examinavit Vir Celeb. C. B. MICHAELIS in Epistola ad Illustrem FR. HOFMANNUM, de *herba Borith*.

רֹעַה *fractio: fractum*, rad. *fregit*.

רֹק *sputum*, rad. *exspuit*.

שׁוֹר *vastatio: vastatum*, rad. *vastavit*. Aliud vid. Cap. 4.

שׂוֹךְ *sepes*, rad. *texit*. Sed fœm. pl. שֻׂכּוֹת Job. 40, 31. sec. eundem BOCHARTUM l. c. Part. II. col. 773. sunt *missilia*, a rad. Arab. شكّ *transfixit*.

תֹּךְ, semel תּוֹךְ Ps. 72, 14. contractum ex תֹּכֶךְ, quod vid. p. 294.

תֹּף *tympanum*, rad. *pulsare*, Græc. τύπτειν, Arab. דפף.

* * *

b) A Verbis *Intransitivis*.

אֹחַ plur. אֹחִים Jes. 13, 21. vulgo animalis speciem esse volunt, sed nesciunt cujus; *ferarum ululatum* intelligit idem Vir summus in *Hieroz.* Part. I. Lib. III. c. 15. qui confert אָח & Græc. ἦχος *sonus*.

אֹם *gens*, *natio*, *familia*, ex qua quis tanquam ex *matre* prognatus est, coll. אֵם *mater*. Occurrit quoque לְאֹם cum ל servili in radicale degenerante, q. d. *multitudo hominum, quæ est* לאם *pro matre*. Conf. simile ל in לִפְנֵי, לְבַד & in Pronom. הַלָּזֶה, alias זֶה. Sed ל hoc radicale esse, post ABEN-ESRAM videtur HOTTINGERO in *Smegm. Orient.* qui deduci posse putat ab Arab. לםם *congregavit*, *collegit*; contra ab Arab. לאם *conglutinatus*

 est,

est, in fœdus aut societatem coivit, derivat ALB. SCHULTENS in *Clave Dialect.* p. 251.

אֹר Amos. 8, 8. *rivus*, *fluvius*, a *strepitu*, alias יְאֹר, rad. Arab. ארר *resonuit*, *strepuit*.

בִּץ idem quod בִּצָּה *cœnum*.

בֹּר *puritas*, ex significatione radicis Chald. *purus*, *mundus fuit*, Hebr. Transit. *purgavit*.

רִפָּה Ezech. 27, 32. *excisio: excisum*, *eversum*, rad. *succisus*, *eversus fuit*.

רֹק *pannus* vel *aulæum tenue*, rad. *attenuatus est*.

זֻלַּת & זֻלּוּת Ps. 12, 9. *vilitas: res vilis*, rad. Chald. *vilis fuit vel habitus est*.

חֹם *æstus*, *calor: calidum*, rad. *caluit*.

חֹר pl. חֹרִים, semel cum Cholem pleno חוֹרִים Eccles. 10, 17. *nobiles*, *liberi*, rad. Arab. *liber, evasit ex servo*, vel *liber fuit: nobili stirpe natus & ingenuus fuit*.

לֹג nomen mensuræ, vulgo *sextarius*, a *profunditate*, rad. Arab. *profundus fuit*.

מֹחַ *medulla*, vid. supra מֵחַ.

מֹר & plene מוֹר Cant. 4, 6. c. 5, 1, 5, 14. *myrrha*; sed fœm. מָרָה & cum Dages f. insolito מָרָּה Prov. 14, 10. *amaritudo*, rad. *amarus fuit*.

עֹב Ezech. 41, 26. idem quod עָב *trabs*, sed Forma est ab עבב.

עֹז & plene עוֹז Prov. 24, 5. c. 31, 17, 25. *robur*, *vehementia*, rad. *robustus fuit vel factus est*. Sed עֹז 2 Chron. 30, 21.

30, 21. convenientius ex Arab. exponitur *præstantia*, *pretiositas*, *excellentia*, rad. Arab. *rara*, *cara*, *eximia fuit res.*

עֻמָּה q. d. *communitas*, *paritas*, sitûs scil. vel statûs: hinc Præpos. *juxta*, *secundum*, *è regione*, rad. Arab. *communis fuit.*

קַל *levitas*, rad. *levis fuit.*

קֹר *frigus*, rad. Chald. & Arab. *friguit.*

רֹב & plene רוֹב Job. 33, 19. (sec. Kri,) c. 35, 9. Esth. 10, 3. 1 Chron. 4, 38. 2 Chron. 31, 10. *magnitudo*, it. *multitudo*, rad. *magnus*, *multus fuit.*

רֹךְ *mollities*, rad. *mollis fuit.*

רֹן idem quod רִנָּה *cantio.*

שֹׁר Ezech. 16, 4. Prov. 3, 8. contractum ex שֹׁרֶר *umbilicus.*

תֹּם, semel תּוֹם Prov. 10, 9. f. תֻּמָּה *integritas*, *sinceritas*, *perfectio*, it. תָּם *integer*, *simplex*, rad. *integer*, *perfectus fuit vel factus est.*

CAPUT III.

DE NOMINIBUS VICARIIS DERIVATIS A VERBIS QUIESCENTIBUS MEDIA RADICALI.

§. VI.

NOMINA VICARIA, a Verbis *Quiescentibus media radicali* derivata, quæ SEGOLATIS significatione respondent, bifariam se habent. Quædam enim mediam literam Jod, quædam Vau habent. * Utraque vel mobilis est vel quiescens.

* Duo saltem *perfecte* se hic habent, עֵיִל & שֵׁיַע, quæ vid. Sect. præced.

§. VII.

Quibus media litera Jod mobilis est, ea pro gemino (:) ex Forma *Perfecta* פֶּקֶד substituunt (·|-), ut בַּיִת pro בֵּיֵת, eo quidem fine, ut Jod magis percipiatur: unde & Pluralem quandoque more Formæ *Perfectæ* פֶּקֶד formant, ut חֲיָלִים, tanquam a sing. חֵיֵל, notante id quoque DANZIO in *Literatore Ebræo-Chald.* p. 264. & ex eo Cl. GENSELIO in *Observat. S.* p. 19. Quæ Jod quiescens

scens habent, ea sub prima radicali (ֵ) possident, in quo Jod illud quiescat, ut אֵיד.

De singulis sequentia observamus.

1.) In Regimine & accentu deducto (quod fit in Plurali, Affixione & Motione,) duæ Formæ illæ coincidunt, Jod mobili prioris Formæ similiter facto quiescente, ut בֵּיתִי *domus mea.* 2.) Accedente terminatione fœm. in ת cum gemino (ְ) vel (ַ), (ֵ) Formæ posterioris excluditur, ut זֵפֶת, נַחַת; ipsum vero ת illud in Plurali plerumque servatur. 3.) Jod quiescens non raro exspirat, implicite latens in præced. (ֵ), ut כֵּף pro כֵּיף, צֵרָה a masc. צִיר; interdum promiscue vel manet vel exspirat, ut אֵיד & אֵד, חֵיל & חֵל, אֵיפָה & אֵפָה &c. 4.) Forma cum Jod mobili (ut בַּיִת) Perfectæ פֶּקֶד, cum Jod quiescente (ut אֵיד) Perfectæ פֵּקֶד respondet.

§. VII.

Quæcunque Vau mobile habent, ea cum Forma *Perfecta* פְּקֹד conveniunt. Primæ tamen radicali loco Cholem tribuitur Kametz, sono cognatum, (ϑ) quo Vau illlud

Uu 3 magis

(ϑ) Et, uti volunt ABR. BALMESIUS, ELIAS LEVITA, VOSSIUS de *Arte Gram.* TROSTIUS, ALHARDUS de RAADT & alii, ex Patach & Cholem composi-

magis percipiatur, ut מָוֶת pro מוֹת. Plurima vero habent Vau quiescens in Cholem, ut אוֹר.

In Regimine accentuque deducto duæ hæ Formæ coincidunt, Vau mobili Formæ מָוֶת similiter quiescente in Cholem, ut מוֹתִים. Contra quædam cum Vau in singulari quiescente, in plurali illud movent, ut חוֹחַ, שׁוֹר, quibus add. duo ex Sect. II. §. 12. Vid. quoque ib. §. 21.

§. IX.

Exempla harum Formarum sunt:

I. Cum Jod mobili,

a) a Verbis *Transitivis*.

בַּיִר sec. Kri Jer. 6, 7. sed Kethibh habet בור, quod vid. infra.

בַּיִשׁ *trituratio*, rad. דושׁ *triturare*.

זַיִת *olea, oliva*, sec. URSINUM & alios pro צַיִת, a צות, alias יצת, Arab. זאת, *accendit, combussit: accensus, combustus est:* quod tam de ligno quam de fructu *oleæ* dici posse, observat HILLERUS in *Hieroph.* Part. I, c. 18.

חַיִץ

positum; conf. DRUSIUS de *recta lectione Linguæ S.* c. 5. & DANZIUS in *Litterat.* p. 46. seq. Unde ex Cholem correpto fieri solet Kametz Chatuph & Chateph Kametz, & Cholem Hebræorum apud Chaldæos ordinarie in (ַ) abit. Imo ipsum (ַ) Judæi nostri per o efferre solent.

קִיר *maceries*, q. d. *cinctura*, rad. Syr. Æthiop. & Arab. *cinxit*, *circumdedit*.

מַיִם *aqua*, ejusdem originis cum מוּם *macula*. Videtur radix obsoleta habuisse notionem *lavandi*, *abluendi*, *eluendi*: unde מוּם *macula*, quod elui soleat, & מַיִם *aqua*, *ablutionis* Medium (*i*).

צַיִד 1.) *venatio*, 2.) *animal venatione captum*: hinc 3.) cum fœm. צֵידָה & צֵדָה quivis *cibus paratus*, *commeatus*, rad. *venatus est*, *venando cepit*.

קַיִץ 1.) *æstas*, q. d. *abscissio fructuum*, 2.) ipse *fructus*, *qui abscinditur* 2 Sam. 16, 1. Jes. 16, 9. &c. Chald. קַיִט Dan.

(*i*) Cum ALTINGIO in *Gram. Hebr.* §. 77. מַיִם ad singularia referimus: quia 1.) cum Verbo sing. construi solet, ut Gen. 9, 15. Levit. 11, 38. Num. 19, 20. & c. 24, 7. 2.) Ratio *dualitatis* reddi nequit: quod nonnullos, ut HIERONYMUM, KIMCHIUM, HOTTINGERUM, LUD. de DIEU, BOHEMUM, LORSCHERUM, HEESERUM &c. permovit ad statuendum, מַיִם esse plurale, contra quos vid. PFEIFFERUS in *Introd. in Orient.* Dissert. V. quæst. 20. Vulgo quidem volunt, *Dualem* respicere *duplicem aquam*, de qua Gen. 1, 7. sed מַיִם de *aqua* ante illam separationem v. 2. & de quavis alia *aqua* dicitur. 3.) Formatur inde plur. מֵימִים, quod fieri non posset, si מַיִם duale esset. 4.) Si מַיִם esset a singul. מַי, ut vulgo putant, in Duali dicendum foret non מַיִם, sed מָיַיִם (ad Formam שְׁנַיִם), vel potius cum Dages f. מַיַּיִם. Sed objiciunt, a מַיִם in Statu Constructo dici מֵי. Respondetur: illud מֵי est vel ab absoluto inusit. מַי, apud Æthiopes superstite, vel tribuendum usui vulgi, regulas Grammaticas non semper curantis, cui se Scriptores Sacri accommodarunt. Nugæ vero sunt, quod asserit MEIBOMIUS in *Interpret. Nov. Specim. I.* p. 27. מֵי esse pro מֵימֵי per abbreviationem, a Librariis ad scribendi celeritatem aut parcendæ membranæ causa in S. Codicem invectam.

Dan. 2, 35. rad. קיץ *abscindere, exscindere* Jes. 7, 6. (ad quem locum vid. VITRINGA in *Observat. S.* Lib. I. Differt. III. c. 3. §. 1. 2. & in *Commentario* ad l. c.) alias קצה, קצץ & קוס. Conf. זְמֹרָה.

שַׁיִט *remus*, quo inter navigandum aqua quasi *secatur*, rad. propric *cædere, secare*, hinc *pertransire, percurrere*; conf. צִיר, צְלָחָה & סַלָּח.

שַׁיִת *vepres, vepretum*, a שׁוּת *ponere*: quod *vepres* circa hortos, segetes & arbores *poni* ac plantari soleant.

* * *

b) A Verbis *Intransitivis*.

אַיִל 1.) *prominentia januæ, superliminare, frontispicium* 1 Reg. 6, 31. Ezech. 40, 9, 10. &c. 2.) *aries*, quod ad Sect. IX. c. 2. pertinet; vid. infra אַיִל.

בַּיִת *domus, domicilium*, a בות Aram. & Arab. *pernoctare*, Æthiop. בית *manere, commorari, habitare* (x).

חַיִל

(x) Sed plur. בָּתִּים ALTINGIUS in *Gram. Hebr.* §. 49. IAC. SCHUDT de *Genio & Indole L. Ebr.* c. 6. §. 6. HEESERUS & alii a sing. בּוֹת deducunt, cum Dages f. Euphonico, verum invita analogia. Est ergo a sing. בָּת & Dages vitiosum, (unde in Codicibus accuratioribus omittitur,) vel (+) saltem accentu Euphonico fulciendum, prout in quibusdam Codicibus apparet, observante DANZIO in *Literat.* p. 61. 196. 220. Vel potius est a sing. בַּת contracto ex בֹּנֶת (ad Formam שֹׁקֶת, sicut ex בֶּנֶת fit בַּת) a בנה *ædificavit*, quemadmodum Lat. *domus* est a Græco *δέμω*: unde in Plur. Dages

חַיִל 1.) *robur*, *vires*, 2.) *opes*, *facultates*, 3.) *exercitus*, *copiæ*, ejusdem originis eſt cum חול *arena*, rad. inuſit. *validum eſſe* vel *robore* vel *numero*, Arab. *vi pollere*, Æthiop. *prævalere*.

יַיִן *vinum molle*, i. e. molliter per fauces deſcendens, vid. יָוָן p. 42. Ex Sinico ya *excellens*, & yn *bibere* ſ. *potus*, compoſitum putat Anonymus in *Hiſtor. Crit. Reipubl. Lit.* Tom. II. p. 120.

לַיִל *nox*, cum ה parag. (quod æquipollet Præpoſitioni *in*,) לַיְלָה q. d. quæ eſt *in diſcrimen* dierum, vid. לְלָאוֹת Sect. III. p. 207.

עַיִן 1.) *oculus*, fluens lacrymis, Synecdochice *tota facies*, & hinc Metaphor. *ſuperficies* rei, *id quod in oculos cadit*, (ut פָּנִים,) Levit. 13, 55. Num. 22, 5. conf. 1 Sam. 16, 7. 2.) *fons*, fluens aquâ, rad. Arab. *fluxit* aquâ vel lacrymis. Sed עַיִן Zach. 5, 6. ex Arab. eſt *pravitas*, rad. Arab. per Gain, *pravus fuit*, (coll. רִשְׁעָה v. 8.) quo etiam referri poteſt plur. עֵינוֹת ſec. Kethibh Hoſ. 10, 10.

עַיִר, vid. Sect. IX. c. 2.

עַיִשׁ idem putatur eſſe cum עָשׁ, quod vid. Sect. II. pag. 191.

שַׁיִשׁ *marmor candidum*, *alabaſtrites*, ut Syr. ܫܝܫܐ, ejus-

Dages f. Compenſativum accipit, correpto Cholem. Idem aliquando ſe ſenſiſſe teſtatur DRUSIUS de *Lectione L. S.* c. 49. Certe etiam בַּיִת a FORSTERO, AVENARIO, IUNIO in *Gram. Hebr.* p. 25. MENOCHIO apud LEIGHIUM, ROESSELIO in *Canon. Hebr.* XIX. & aliis apud MERCERUM ad PAGNINUM, a בנה deducitur.

ejusdem originis est cum שֵׁשׁ *byssus candida*, שׁוֹשָׁן *lilium album*, & יָשִׁישׁ *senex* canescens capillis, rad. inusit. שׁוּשׁ *albere*.

* * *

II. Cum Jod vel expresse vel implicite quiescente in (··),

a) a Verbis *Transitivis*.

אֵיבָה *inimicitia*, *odium*, rad. אָיַב *odit*, *inimicatus est*.

אֵימָה *horror*, *timor*, it. *horroris* Objectum: unde pl. אֵימִים *gigantes horribiles*, vid. אָיוֹם Sect. II. p. 137.

גֵּב 1 Reg. 6, 9. *asser*, *tabula*, Syr. ܓܘܒܬܐ, q. d. *trabs dissecta & diffissa*, rad. Arab. *secare*, *dissecare*, *diffindere*. Conf. קֶרֶשׁ. Aliud vid. infra Cap. 4.

חֵיק & חֵק *gremium*, *sinus*, rad. Arab. *cingere*, *circumdare*. Conf. חֵצֶן.

עֵט *stylus*, a *fodiendo*, derivo ab Arab. عطّ *fodit*, *effodit*.

קֵא *vomitus: quod evomitur*, rad. קוֹא *vomere*, *evomere*.

קֵין *lancea*, rad. Arab. *cudit ferrum*.

רֵיחַ *odor*, rad. רוח *spirare*, in Hiph. *odorari*. Sic Æthiop. ነፈሰ፡ in 10 Conj. *respirare* est & *odorari*, Arab. نسم Syr. ܢܫܡ *spirare* & *odorari*, Syr. ܢܦܫ *respirare* & *odo-*

& *odorari*, & Lat. *aura* etiam pro *odore* accipitur, vid. P. BURMANNUS ad VALER. FLACC. *Argon.* V. 589.

שֵׂחַ idem quod שִׂיחַ *meditatio.*

תֵּבָה & תֵּיבָה *arca*, in quam res *colliguntur*, a rad. Arab. ثاب *congregavit: congregatus est*, alias ثبي *collegit.*

* * *

b) A Verbis *Intransitivis.*

אֵר & אֵיר 1.) *vapor*, vid. אוּר; Metaphor. 2.) *exitium*, *calamitas*, quod tamen alii deducunt ab Arab. آد *durus fuit*, it. *robustus, potens fuit:* unde & אֵיר Job. 31, 23. *majestas, potentia*, ut Doctiss. SCHULTENS exponit.

אֵל 1.) *robur*, *potestas*, *facultas*, 2.) אֵיל & אֵל *fortis*, *robore excellens*, 3.) cum fœm. אֵלָה *quercus*, al. *ilex*, a *robore*, vel a *crassitie*, coll. אֱוִיל, 4.) אֵל *Deus*, a *fortitudine*, vel potius, quia ei additur גִּבּוֹר Jes. 9, 5. c. 10, 21. quod sit *Ens omnium primum*, 5.) אֵיל *princeps*, *dux*, qui populo præest, rad. inusit. *præesse*, *præcedere*, ut Arab. spec. *præcedere* s. *præcellere robore & fortitudine.*

אֵפָה & אֵיפָה nomen mensuræ, ignotæ originis.

בֵּן & בֵּין *medium*, q. d. *distinctio* inter duo vel plura, hinc Præpos. *inter*, rad. Arab. *distincta fuit* res, Hebr. *intellexit*, q. d. *bene distinxit.*

בֵּיץ *ovum*, ab *albedine*, vid. בּוּץ p. 86.

גֵּאוּת (Formæ גְּבוּרוֹת) *elatio*, *fastus*, tanquam a גוא, (ob (··) immutabile,) sed significatio est a גאה *extulit se.*

גֵּר & גֵּיר 2 Chron. 2, 16. *peregrinus*, *advena;* ſed f. גֵּרוּת Jer. 41, 17. *diverſorium*, in quo commorari licet, rad. *peregrinari*, *commorari*.

זֵד *ſuperbia*, it. *ſuperbus*, rad. *ſuperbire*.

זֵעָה *ſudor*, Effectus *motionis*, rad. *movere ſe*.

זֶפֶת *pix*, (tanquam a maſcul. זֵף, quod Syris uſitatum,) dicitur pro זֶבֶת a זוב *fluere*, (unde Syr. ܙܦܬܐ) vel ſec. HILLERUM pro צֶפֶת a צוף *fluere:* quia *pix* non tantum ex arboribus effluit, ſed & caleſcens ſtatim diffluit.

חֵל & חֵיל 1.) *antemurale*, *propugnaculum*, a *firmitate*, 2.) *exercitus* 2 Reg. 18, 17. Jeſ. 36, 2. 3.) *copia* Obad. v. 20. vid. ſupra חַיִל.

יֵין idem quod יַיִן, Cant. 7, 10.

כֵּן 1.) *rectus*, *verus*, *firmus*, hinc 2.) Adverb. *certe*, *profecto: ita*, *ſic*, (quomodo tamen GUSSETIUS contractum putat ex כֵּהֵן vel כְּהֵן, maxime cum ejus (‥) ſit mutabile, vid. Gen. 44, 10. Joſ. 2, 21. Job. 5, 27. &c.) rad. in Kal inuſit. in Niph. *rectus*, *firmus fuit*.

כֵּף *petra*, ignotæ originis.

לֵיל Jeſ. 21, 11. idem quod לַיִל *nox*.

נַחַת *quies*, rad. נוח *quieſcere*.

נֵר *lumen*, *lucerna*, rad. Arab. *luxit*, *ſplenduit*.

עֵד Gen. 31, 48. (quo etiam a quibusdam refertur Exod. 20, 13.) f. עֵדָה & עֵדוּת, ſemel עֵדוֹת Pſalm. 132, 12. *teſtimonium*, it. עֵד, ſemel עֵיד Pſalm. 27, 12. *teſtis*, rad. ſec. KOERBERUM & STOCKIUM proprie *idem eſſe*, hinc

hinc Syr. *solere*, q. d. *idem facere*, Hebr. *testari*, q. d. *idem dicere.*

עֵיפָה *obscuratio*, rad. עוף *velari*, *tegi*, *obscurari*, alias עב.

צֵאָה *stercus*, *sordes*, vid. infra צוא.

קֶשֶׁת *arcus*, a *curvitate*, rad. Arab. قاس *curvus*, *incurvus fuit*, in 2 Conjug. *incurvavit arcus more*, in 5. *armavit se arcu.* Pro titulo carminis cujusdam accipitur a quibusdam 2 Sam. 1, 18. Vid. KOHLREIFIUS in pec. Differt. ad l. c. habita Kilon. an. 1700.

רֵים & רֵם, vid. inter Nomina Animal. Sect. IX. c. 2.

רֵעַ *vociferatio* Mich. 4, 9. quo quidam etiam referunt Job. 36, 33. rad. ריע *vociferari.* Aliud vid. Cap. seq.

רֵיק & רֵק f. רֵקָה, *vacuus*, *inanis*, *vanus*, rad. רוק vel ריק *vacuum esse*, in Hiph. *vacuum reddere*, *evacuare.*

רֵישׁ & cum א otioso רֵאשׁ Prov. 6, 11. c. 30, 8. *paupertas*, rad. *pauperem esse vel fieri.*

רֶפֶת (unde plur. רְפָתִים Hab. 3, 17. quasi ת radicale esset,) idem quod Arab. رِيفٌ *pascuus terræ tractus*, a rad. راف *pastum fuit* pecus in regione gramine consita. CELLARIUS de *Usu Arabismi Etymolog.* idem esse putat cum Arab. رُفَتٌ *stramen.* Alii aliter.

שַׁחַת *fovea*, idem cum שׁוּחָה, quod vid. p. 85.

שֵׂיב f. שֵׂיבָה & שֵׂבָה *canities*, rad. *canum esse vel canescere.*

שִׁין *urina*, a rad. Æthiop. ሸነ: *minxit*, Syr. (mutato ש in ת, ut alibi,) ܬܢ: unde Arab. مثانة *vesica urinaria;* conf. DANZIUS in *Literat*. p. 77. & 427.

שֵׁשׁ 1.) idem quod שַׁיִשׁ *marmor*, Esth. 1, 6. 2.) *byssus*, genus lini candidi; *linum xylinum* intelligunt JUNIUS & TREMELLIUS, SANCTIUS ad Exod. 25, 4. & alii. Vid. supra שַׁיִשׁ.

תַּחַת proprie *locus inferior*, hinc Præpos. *sub*, *loco*, a rad. Arab. تاخ *descendit*.

* * *

PARTICIPIA (Formæ מֵת Jes. 38, 1. & לָן Neh. 13, 21.) sunt:

לֵץ *irridens*, *irrisor*, rad. *irridere*.

כֵּט & שֵׂט *se avertens*, *declinans*, rad. שׂוּט, alias שׂטה, *declinare*.

עֵר *vigilans* Cant. 5, 2. *vigil*, rad. *vigilare*, *evigilare*.

שֵׁד *dæmon*, q. d. *vastator*, a שׁוּד Ps. 91, 6. alias שׁדד *vastare*. Alii malunt derivare ab Arab. ساد *dominatus est*. Vid. HOTTINGERUS in *Analect*. p. 258.

* * *

III. Cum Vau mobili sunt saltem hæc quinque:

אָוֶן

אָיִן 1.) *vanitas: nihilum*, ejusdem originis cum אַיִן *defectus: nihil, non*, rad. inusit. sec. KOERBERUM in *Lexico Particularum* p. 13. *desinere, deficere*, inde spec. apud Arabes, *deficere viribus, defatigari.* 2.) *dolor, mœror* Jer. 4, 15. alias און, quod vid. Class. seq.

מָוֶת *mors*, rad. מות *mori*.

עָוֶל f. עולה *iniquitas*, rad. *iniquum esse, inique agere.* Sed fœm. עַוְלָה est a masc. עָוֶל, quod vid. Sect. præced.

שָׁוְא (pro שָׁוְא, absorpto ultimo (ֽ), sicut in קֹשְׁטְ,) & porro per Apocopen literæ א, שָׁו Job. 15, 31. *vanitas, falsitas: falsum*, & Adverb. *vane, frustra*, sec. AVENARIUM a rad. inusit. שוא, (unde & שׁוֹאָה,) alias שאה *in nihilum redigi, vastari.*

תָּוֶךְ *medium, medietas, centrum* rei, in quo res circumstantes *quiescunt*, rad. Syr. *quiescere.*

* * *

IV. Cum Vau quiescente in Cholem,

a) a Verbis *Transitivis.*

בּוֹר, vid. בֹּאר pro בְּאֵר Sect. II. p. 145.

דּוֹד *dilectio, amor*, it. *dilectus, amicus*, spec. *patruus*, ut Chald. חביבא, f. דּוֹדָה *amita*, rad. inusit. דוד alias ידד *dilexit.* Vid. יָדִיד.

זוֹנָה Joël. 4, 3. *cibus, alimentum*, rad. Chald. *alere, cibare.*

חוֹפֶת,

חוֹמָה, it. חוֹמוֹת Jer. 1, 18. (pro quo recurrit חוֹמָה c. 15, 20.) c. 51, 58. unde & dual. חֹמֹתַיִם, *murus*, q. d. *cinctura*, rad. Arab. *circuivit*, *circumdedit*.

חוֹף vulgo *portus*, potius idem cum Arab. حافة *ora: margo*, *ripa*, ut intellexerunt LXX. vid. Deut. 1, 7. Jos. 9, 1. rad. Syr. *lavit:* ficut Lat. *fluvius* dicitur *lavare* & *alluere* ripam.

כֹּר nomen menfuræ, fec. MAJUM a *colligendo*, ut Synonymum חֹמֶר, rad. Arab. *collegit in unum.*

לוֹט 1.) *abfconfio*, rad. *abfcondere*, *involvere*, 2.) *ladanum*, fec. URSINUM ab *involvendo*, quod teneriores ramulos *involvat* & *tegat*, rectius, quod ab hircis comeftum eorum barbis *adhærefcat*, referente PLINIO Lib. XII. c. 18. rad. Arab. *adhæfit*. Vid. LUD. de DIEU ad Gen. 37, 25. URSINUS in *Herbario Bibl.* p. 208. HILLERUS in *Hieroph.* Part. I. c. 53. & quæ de modo colligendi *ladani* habet BELLONIUS *Obfervat.* Lib. I. c. 7.

לוֹעַ *faux*, *deglutitionis* Medium, rad. *deglutire*.

מוֹט 1.) *vectis*, quo aliquid movetur, 2.) *jugum*, & 3.) *temo*, quo currus movetur, 4.) *dimotio*, *vacillatio*, ut Pf. 66, 9. rad. *movere*, *vertere*, *propellere:* (quo fenfu Tranfitivo apud Æthiopes & Arabes occurrit,) *movere fe*, *moveri*, *vacillare*.

מוֹל Deut. 1, 1. Neh. 12, 38. idem quod מוּל.

מוֹץ *gluma*, folliculus frumenti premendo defrictus & detritus, rad. Arab. *confricuit*. Convenit Hebr. מצץ *preffit*, *compreffit*.

נוֹף

נוף idem cum נָפָה *tractus; regio*, quod vid. p. 190. ALBERTO SCHULTENS in Notis ad HARIRIUM p. 2. idem est cum Arab. نوف *gibbus*, aliis aliud quid.

סוד 1.) *congressus tectus & secretus*, ut Jer. 6, 11. 2.) *consilium tectum & arcanum*, ut Ps. 25, 14. rad. שוד, Chald. סוד, proprie & in genere *tegere*, *obtegere*. A Nomine סוד Niph. נוֹסַד *mutuo consultavit*, significationem suam accipit.

צוק *pressura*, *angustia*, idem quod צוּקָה.

קוץ *spina*, ab *aversando*, ut סִנָּה & סִלּוֹן, rad. *fastidire*, *aversari*: vel ab *acumine*: nam radix קוץ etiam significat *secare*, *abscindere*, & consequenter *acutum esse*, conf. supra קצץ. Sic Lat. *temno* est a Græco τέμνω *reseco*, *abscindo*: fastidium enim & contemtus est *abscissio* & *separatio* quædam a re minus amabili.

שוט *flagellum*, *scutica*, qua cæditur, rad. in genere *cædere*, *secare*, hinc *pertransire*, *obire*. Conf. supra שַׁיִט.

שׂוֹךְ Jud. 9, 49. f. שׂוֹכָה ibid. v. 48. *ramus*, q. d. *tectio* & *obumbratio*, rad. *texit*.

* * *

b) A Verbis *Intransitivis*.

אוב 1.) *uter*: quomodo quidam conferunt Lat. *obba*, 2.) *pytho*, LXX. ἐγγαστρίμυθος, *ventriloquus*, quod spiritu velut *uter* inflaretur & turgesceret. Sed אוב potius est

ipse spiritus ille: unde PREIFFERUS deducit a rad. Arab. الى noctu venit, at Celeb. MILLIUS in Dissertat. Select. VII. ab eadem radice in sensu redeundi, quod אובות proprie sint manes ab inferis reduces. KIRCHERO est vox Ægyptiaca, quem sequitur BOCHARTUS in Hieroz. Part. I. col. 22. Plura habent JURIEUS in Histoire Critique des Dogmes & des Cultes, Ven. DEYLINGIUS in Observat. S. Part. II. Observ. XVIII. §. 15. seq. & alii.

אוּדָה pl. אוֹדוֹת, res, negotium, proprie grave, rad. Arab. gravis fuit. Sed ab Æthiop. ⱰⱰⱰ: alias ⱰⱰⱰ: circuivit, derivat LUD. DE DIEU ad Gen. 21, 11. quem sequitur HEIDEGGERUS in Histor. Patriarch. Tom. II. Exercit. VI. 20.

אוֹן 1.) mœror, luctus, rad. אָן, alias אנה & אָנַן, mœrere, 2.) vires, quod defatigari & deficere soleant, 3.) opes, divitiæ, quibus acquirendis homo se defatigat, alias הון, rad. Arab. defatigatus est.

אוֹר f. אוֹרָה lumen, lux; sed אוֹרָה 2 Reg. 4, 39. Jes. 26, 19. quo a nonnullis etiam refertur masc. אור Jes. 18, 4. olus viride, rad. lucere, splendere (λ). Aliud est אור Jes. 5, 30. terror, ab Arab. أر, alias وأر, terruit.

אות

(λ) Viror sive flos plantæ passim nomine splendoris venit. Sic צִיץ flos est & lamina splendens, rad. splenduit, alias נצץ id. & floruit, נרץ floruit, Arab. micuit, splenduit: unde נץ החמה splendor solis, apud Rabbinos; (solem floridum dixit APULEIUS,) צמח germinavit, Syr. splenduit, זהר Aram. & Arab. splenduit, it. Arab. floruit, נטר Æthiop. splenduit, Arab. revixit, refloruit, שפא Arab. apparuit lux, it. floruit, רשם fronduit, it. leviter coruscavit, نار splenduit, it. floruit, نوّض id. Sic Græc. ἄνθος pro luce, Lat.

אות *signum*, vulgo ad אתה *venit*, referunt, sed sensu alieno. Magis convenit radix אות, (unde sec. GUSSETIUM est Niph. נָאוֹת & יֵאוֹת,) *similem esse*, *convenire*, *consentire*: *convenientia* enim & *similitudo* quædam est signi cum re signata; *similia sunt sigilla & sigillata*, inquit GUSSETIUS p. 306. & *oportet signum æquari rei*, *cujus signum est*, SCALIGER de *Causis L. L.* c. 93.

בוֹא *introitus* Ezech. 48, 1. Amos. 6, 14. rad. בוא *venire*, *ingredi*.

דּוֹר 1.) *ætas*, *periodus*, *duratio*, *tempus vitæ*, Arab. دور *gyrus*, *orbis*, *periodus*, 2.) *generatio hominum a temporis periodo ad periodum vivens*: nam inter eos decedentes & succedentes fit quædam revolutio quasi & circulatio, dicente ALBERTO SCHULTENS ad Jes. 22, 18. rad. Hebr. *habitare*, Arab. *circuire*, in 10 Conjug. *gyrum agere*, *rotundum esse*. Conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. col. 712.

הוֹד *præstantia*, *excellentia*, *eminentia*, *majestas*, significationem habet a rad. Arab. נהר *præstantissimus fuit*: *eminuit*, per Formarum alternationem, vel per Aphæresin pro נְהוֹר.

הוֹן idem quod אוֹן *opes*, א & ה permutatis. Quidam ad הוה referunt, alii rectius ad הנה vel הנא Aram. *lucrari*: & sic vid. Cap. seq. §. 21.

Lat. *florere* pro *splendere*, *flos* pro *splendore*, & contra *fulgere* s. *nitere* pro *florere* & *virere* accipiuntur. Vid. SALMASIUS ad SOLINUM p. 141. GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* p. 848. Doctiss. SCHULTENS in *Orig. Hebr.* p. 320. & Celeb. TRIESMOET in Dissert. de *Schilo* c. 4. Conf. זָו, יְרַקְרַק &c.

זוֹב *fluxus*, rad. *fluere.*

חוֹב *debitum*, al. *debitor*, rad. Chald. & Syr. *reus, debitor fuit, debuit: deliquit.*

חוֹחַ *spina*, *hamus*, vid. חַח. Semel in plur. Perfecte flectitur, חֲוָחִים 1 Sam. 13, 6. ubi *dentes rupium* significari putat TH. HASÆUS in *Syllogé Dissertationum & Observationum* Diss. V. §. 13.

חוֹל *arena*, a *copia*, vid. supra חַיִל. Sed Job. 29, 18. de *phœnice ave* vel *palma* accipi solet, ad quem locum vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. Lib. VI. c. 5. & SCHULTENS in *Animadverſ.*

חוֹר, unde pl. 1.) cum Aphæresi literæ ם, חֹרִי pro חורים Gen. 40, 16. *panes albi* vel *similaginei*, Arab. حواري, (quomodo convenit Chald. חרר *placenta*, unde Verbum חָרַר *placentas coxit*,) 2.) ex dialecto Syr. חוּרָי Jes. 19, 9. *serica alba*, Æthiop. ሐሪር: Arab. حرير, vel sec. R. JONAM, *panni albi*, a rad. חוּר *albere*. Vel utrumque in fine Jod parag. habet. Vid. & Aucta a fine per Jod.

טוֹב f. טוֹבָה 1.) *bonitas*, 2.) *bonus*, rad. *bonum esse.*

יוֹם *dies*, vid. Cap. seq. §. 21.

כֹּחַ *robur*, *prævalentia*, rad. inusit. *valuit*, *prævaluit*, hinc Arab. Transit. *pugnando vicit*. Aliud vid. inter Nomina Animalium.

מוֹן pl. מֹנִים *vices* Gen. 31, 7, 41. rad. Arab. *alterius vicem subiit*, *alteri surrogatus est*.

נוֹצָה *pluma*, rad. *germinare*, *efflorescere*. Conf. צִיץ.

סוֹף

סוֹף *finis*, rad. *finiri.*

פוֹל *faba*, sec. HILLERUM in *Hieroph.* Part. II. p. 129. a *magnitudine*, qua aliorum leguminum semina multum superat; vid. נָפִיל.

צא idem quod Syr. ܙܐܝ & Chald. צִיא *fœdus*, *sordidus*, Zach. 3, 3, 4. sed f. צֹאָה *stercus fœtidum*, *sordes*, a rad. inusit. צוא, Æthiop. ፀአ: *fœtuit*, Syr. in Pahel ܙܘ *fœdum reddidit*, *fœdavit*, Arab. ضاء in 4 Conj. *excrevit.* Sic HOTTINGERUS in *Smegm. Orient.* p. 88. LUD. de DIEU ad Jes. 4, 4. GUSSETIUS p. 315. & 338. & Celeb. SCHULTENS in Notis ad HARIRIUM p. 62. derivant. Vulgo enim ad יצא referunt, prima jod per Aphæresin ablata, quo etiam respexisse videntur Masorethæ, qui pro מחראה 2 Reg. 10, 27. substituerunt מוֹצָאָה. Sed, ut bene monet GUSSETIUS, a יצא non potest deduci Adjectivum צא *sordidus*, & (··) immutabile in צֹאָה Deut. 23, 14. Ezech. 4, 12. radicem arguit media quiescentem.

צוֹם *jejunium*, rad. *jejunare.*

צוֹר idem quod צוּר.

קוֹמָה *statura*, *altitudo*, rad. *stetit*, *se erexit.*

רוֹם f. רוֹמָה *altitudo: elatio*, rad. *altum esse.*

רֹעַ *malitia*, rad. *malum esse.*

שׁוֹעַ *clamor*, rad. *clamare.* Sed שׁוֹעַ Jes. 32, 5. Job. 34, 19. *dives*, *opulentus: liberalis*, significationem habet ab Arab. وسع *opibus polluit*, in 4 Conjugat. *divitiis affluxit*, in 8 Conjug. *liberalitate usus fuit.*

שׁוֹק *crus*, *gressus* Medium, rad. *ire*, *currere*; sec. MAJUM ad COCCEI *Lex.* p. 121. ab Æthiop. ሰወቀ: *sufful-sit*, *sustentavit*, q. d. *sustentaculum*, *fulcrum* corporis. Sed Hiph. השׁיק Joël. 2, 24. c. 4, 13. *fluxit*, ut Arab. ساق in 7 Conj. *fluxit*, it. *progressus est*.

שׁוֹר vid. inter Nomina Animalium.

שׂוֹרָה Jes. 28, 25. vulgo *principale*, a שׂוּר vel שׂרה *princeps fuit*; mihi potius *pingue*, quod Ps. 81, 17. dicitur חלב חטה, Ps. 147, 14. חלב חטים, & Deut. 32, 14. חלב כליות חטה, a rad. Arab. شار *pinguis fuit*: jungitur enim cum שׂערה נסמן *hordeo pingui*. Conf. quoque חִטָּה.

תּוֹר 1.) *ordo*, *series* Esth. 2, 12. 2.) *torques*, *circulus*, dictum volunt pro טוֹר, (vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. col. 57. seq.) ab Arab. ثار *circuivit*, *in gyrum actus fuit*, deducit SCHULTENS in *Clave Dialect.* p. 314. Aliud vid. inter Nomina Animal. Sect. IX. c. 2. Sed fœm. תּוֹרָה *forma*, it. *lex*, sec. HILLERUM contractum est ex תְּאוֹרָה, a תאר *definivit*, *delineavit*, *formavit*, unde & תֹּאַר *forma*. Vulgo tamen ad ירה referunt. Vid. quoque GUSSETIUS ad rad. תור.

* * *

PARTICIPIA (Formæ קוֹם 2 Reg. 16, 7.) sunt sequentia:

אוֹר *lucens* Prov. 4, 18. rad. *lucere*.

בּוֹס *conculcans* Zach. 10, 5. rad. *conculcare*.

בּוֹשׁ

בוש *erubescens* Ezech. 32,30. rad. *pudefieri.*

גוז *evellens, eripiens, extrahens* Ps. 71, 6. rad. *evellere, extrahere: evelli.* Sed a גזה Chald. & Arab. *retribuere, remunerari*, deducit Doctiss. SCHULTENS.

גוח Ps. 22, 10. *eripiens, educens: eductor*, rad. *eripere, educere*, & Intransit. (ut Lat. *erumpo*,) *eripere se, erumpere.* Nihil tamen obstat, quo minus cum COCCEJO per *eruptionem* explicemus.

חוֹלָה f. (tanquam a masc. חול,) Jer. 4,31. *parturiens*, rad. חול *concipere, parturire.* Aliis est a חלה *ægrotare.*

CAPUT IV.

DE NOMINIBUS VICARIIS A VERBIS QUIESCENTIBUS TERTIA RADICALI ה.

§. X.

CUm tanta sit *Segolatorum* a Verbis *Perfectis* copia, tamen nonnisi perpauca a *Quiescentibus tertia* ה Formas illorum sequuntur. Formæ Perfectæ פֶּקֶד sunt saltem פֶּרֶה & נֶדֶה, כֶּסֶה, הֶגֶה, בֶּכֶה, quibus addi potest

potest קֹוֶה; Formæ פֵּקֵּד unicum קַצֵּה; nullum plane Formæ פַּקֵּד. Cujus rei non alia ſuppetit ratio, quam quia (··) ſecundæ radicalis ob ה quieſcens & toni abſentiam ſyllabam ægre abſolvit.

§. XI.

Huic ergo incommodo diverſimode occurritur: 1.) ה quidem retinetur, ſed accentus deſcendit; 2.) ה mutatur in aliam ex literis אֶהֱוִי: ſcil. vel in Vau, idque tam mobile, quam quieſcens; vel in Jod; (μ) 3.) adſciſcitur ה fœmininum, per quod ה excluditur; 4.) ה cum præced. (··) per Apocopen abjicitur, ad imitationem Verborum (*); 5.) mutatur Forma *Quieſcens tertia* in *Quieſcentem ſecunda radicali.*

(*) Cujus *Apocopes* rationem explicant HERMANNUS **von der Hardt** in *Gram. Hebr.* p. 12. & BLOSSIUS in pec.

(μ) א pro ה occurrit in ſolis בֶּכֶא, כֶּסֶא, קְרָאָה & רֶפֶא, quæ recenſuimus Sect. præced.

pec. Differt. de *Verbis Quiesc. tertia radicali* ה, pag. penult.

§. XII.

Servatur ה, accentu descendente ad ultimam syllabam, in sequentibus Formæ פְּקֹד.

חָזוּת 2 Reg. 17, 13. & Jes. 28, 15. (pro quo v. 18. recurrit חָזוּת,) *visio*, rad. *vidit*.

רָאֹה id. Jes. 28. 7. rad. *vidit*.

Sic Propr. מֹשֶׁה *extractus*, scil. ex aquis, rad. משה *extraxit* Exod. 2, 10. Consentit GUSSETIUS p. 481. qui etiam huc refert יוֹרֶה (cum Cholem pleno) *pluvia prima*, q. d. *rigatio terræ*, significatione petita a rad. cognata רוה vel ריה Jes. 16, 9. *irrigatus*, *madefactus est*. Addi quoque posset זֹרֶה *ventilatum*, *quod ventilatur* Jes. 30, 24. rad. זרה *ventilavit*.

Dubium est unum Formæ פֵּקֹד

אֵבֶה Job. 9, 26. cum accentu in ultima, quod quidam explicant *desiderium*, *acquiescentia*, ab אבה *voluit*, *desideravit*. Aliis est Nomen Propr. fluvii (Formæ peregrinæ הֵגֵא Esth. 2, 3.) de quo vid. GOLIUS in *Lexico Arab.* p. 2. Aliam conjecturam habet BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. col. 171. Omnium vero optime HILLERUS in Differt. de *Calamitate Æthiopiæ* p. 8. & in *Hierophyt.* Part. II. p. 202. qui idem esse putat cum Arab. أَبَاءٌ & أَبَاءَةٌ *arundo*: ex

 papy-

papyro enim & arundine navigia fieri ſolebant, vid. Jeſ. 18, 2. Sed גֵּאָה ad Dageſſata commode refertur.

§. XIII.

In Vau mobile tertiam radicalem ה mutant ſequentia (v).

I. Formæ *Perfectæ* פֶּקֶד:

אַחֲוָה *fraternitas*, *conjunctio*. Sed אַחֲוָה Job. 13, 17. *indicatio*, ſignificationem habet a חוה *indicavit*, quamvis Forma ſit ab אחה.

גַּאֲוָה *eminentia*, *elatio*, *excellentia*, *ſuperbia*, rad. *eminuit*, *extulit ſe*.

זַעֲוָה Deut. 28, 25. Ezech. 23, 46. & ſec. Kethibh Jer. 15, 4. 2 Chron. 29, 8. c. 24, 9. c. 29, 18. c. 34, 17. *commotio*, ſignificationem habet a זוע *moveri*, ſed Formam a זעה.

חָגֶו (unde plur. Conſtr. חַגְוֵי) *fiſſura*, ſignificationem habet ab Arab. خَجّ *fidit*.

מַדֶו (unde plur. Conſtr. מַדְוֵי) idem quod מַד *veſtis*, a rad. Arab. מרי *extendit*, alias מדד.

נַאֲוָה

(v) Ex his ipſis exemplis & aliis, ut שְׁלֵו, עָנָו &c. Celeb. SCHULTENS in *Clave Dialect.* p. 211. ſeq. & FR. TSEPREGI in Diſſert. de *Authentia Selectiorum Cethibim* Part. I. §. 21. 22. inferunt, Hebræos etiam habuiſſe Verba cum tertia radicali Vau mobili, cui inclinanti in fine in quietem vicarium ſubdiderint ה ſervile: unde v. g. pro שָׁלו recurrat שלה &c.

נַאֲוָה Pſ. 93, 5. *decor, pulchritudo*, rad. נאה *decorus, pulcher fuit, decuit, convenit.*

עַלְוָה, vid. עֶוֶל Sect. IV. p. 172.

עַנְוַת Pſ. 45, 5. idem quod עֲנָוָה *manſuetudo.* Sed ex mente Ven. D. MICHAELIS in *Annot. Bibl.* ad h. l. idem eſt cum Particula יַעַן.

קְצוֹ (unde pl. Conſtr. קַצְוֵי & fœmin. קְצָוֹות) idem quod קָצָה *finis.*

קַשְׂוָה (unde pl. קְשָׂוֹות 1 Chron. 28, 17.) idem cum קָשָׂה, quod vid. Sect. II. p. 192.

רַאֲוָה Ezech. 28, 17. *ſpectatio*, rad. ראה *vidit, ſpectavit.*

שֶׂכְוִי, cum Jod parag. & accentu in penultima שֶׂכְוִי Job. 38, 36. *ſpeculatio, cogitatio, intellectus*, aliis *cor*, a rad. Chald. שׂכה *aſpexit, perſpexit, ſpeculatus, imaginatus eſt, cogitavit.* Talmudici intellexerunt *gallum*, quos refellit BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. col. 114. ſeq. ſed defendit SAUBERTUS in *Explicat. Select. Loc. S. S.* ad l. c.

שָׁלֵו Pſ. 30, 7. f. שַׁלְוָה *tranquillitas, ſecuritas*, rad. שלה *tranquillus, ſecurus fuit.*

תַּאֲוָה *deſignatio, definitio: terminus definitus*, ſec. quosdam, Gen. 49, 26. rad. תאה *deſignavit, definivit.* Aliud vid. Sect. VII.

II. Formæ פִּקֻּד.

חֶדְוָה *gaudium*, rad. חדה *gaudere.*

עֶרְוָה (Arab. transpos. عورة) in genere *nuditas: res nuda*, ut Gen. 42, 9, 12. spec. *nuditas pudendorum* s. *pudenda nuda*, ut Gen. 9, 22. Levit. 18, 6. seq. rad. *nudum esse vel fieri, nudari.*

§. XIV.

Pauca quædam tertiam radicalem ה mutant in Vau quiescens in Schurek, accentu manente in penultima: idque per tres classes.

I. Quæ sunt Formæ *Perfectæ* פִּקֵּד, ob mediam radicalem gutturalem (··) prius in (-) mutant (ξ), & ne ultima syllaba longior sit penultimâ, (-) porro in (ᵀ) producunt (ο). Talia sunt

אַחוּ

(ξ) Quomodo conveniunt cum terminatione Verbi יִשְׁתַּחוּ Gen. 23, 7. & תִּשְׁתַּחוּ 1 Reg. 1, 16. pro יִשְׁתַּחֲווּ & תִּשְׁתַּחֲווּ, notante id quoque BILLERO in *Gram. Hebr.* p. 438.

(ο) Quomodo conveniunt cum terminatione Nominum Propr. Compositorum in יָהוּ, (quod est pro יַהוּ, & hoc per Apocopen pro יַהְוֶה, quod vulgo legunt יְהוָה, vid. infra Sect. VII. not. ad h. v.) unde Græcorum Ἰάω apud DIODORUM SICULUM, MACROBIUM, ORIGENEM & alios, it. Ἰαὰ apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM, & Ἰαῦ, de quo vid. DRUSIUS in *Tetragrammato* c. 11. His simile esse יְהוּא pro יִהְיֶה Ecclef. 11, 3. putat BUXTORFIUS in *Thesauro* p. 268. miræ id anomaliæ dicens, addo ego, plane mon-stro-

אָחוּ *ulva*, *carectum*, conjunctim crescens, (coll. אָח) vel, ut vult URSINUS, sic dicitur, quia folia omnia inter se æqualia habet. Vid. NEUMANNUS in *Exodo L. S.* p. 34. seq.

שָׂחוּ *natatio*, rad. שחה *natavit*.

Sic Propr. פָּעוּ Gen. 36, 39.

II. Formæ *Perfectæ* פֶּקֶד est Proprium

שֶׂכוּ 1 Sam. 19, 22.

III. Formæ פֶּקֶד sunt hæc duo:

בֹּהוּ *vacuitas*, *inanitas*, a rad. Arab. בהא *vacuus & inanis fuit*.

תֹּהוּ *vastitas*, *informitas*, *inanitas*, & Adverb. *inaniter* Jes. 45, 19. a תהה Aram. *stupuit*, it. *vastus*, *rudis*, *informis fuit*.

Sic Propria תֹּחוּ 1 Sam. 1, 1. תֹּעוּ 1 Chron. 18, 9. & sec. quosdam Codices הֹדּוּ Esth. 1, 1.

strosæ, vel potius nullius: quia neque in Hebraismo sui simile habet, neque ex Dialecto Aramæa explicari potest, neque etiam sensum admodum commodum fundit. Omnia vero plana fiunt, si יְחוּא pro Nomine accipiatur, *fractio*, *fractura*, scil. rumorum, a rad. inusit. יחא, Arab. وحي *ruptus*, *dilaceratus fuit*, *in partes concidit*: quam *frangendi* & *rumpendi* significationem etiam הוּה habere quidam volunt Prov. 13, 19. Mich. 2, 4. Dan. 2, 1. c. 8, 27.

§. XV.

Quæ ה in Jod mutant, huic præmittunt Vocalem Chirek, in qua Jod quiescit, accentu simul deducto: Unde Vocalis penultima perit, (*Segol* quidem necessario, *Tzeri* vero & *Cholem* ad analogiam,) mutata, si (∵) vel (··) fuerit, in (:), sub *Gutturalibus* in (ֱ) vel (ֲ), si *Cholem*, in (ֳ), etiam sub *Non-gutturalibus* (π); sed restituenda, quoties ob pausam accentus retrocedit. Sic ergo e. g. פְּרִי dicitur pro פְּרֶה, חֲצִי pro חֵצֶה, עֳנִי pro עֹנֶה, יְפִי pro יֹפֶה &c. observante id quoque ALBERTO SCHULTENS in *Clave Dialect.* p.346. conf. ALTINGIUS in *Gram.Hebr.* §.54.(ρ) Hinc

(π) Ad insinuandam Vocalem originariam, sicut alibi, e. g. in שְׁבָלִים,

(ρ) Idem fit in Verbis יִחְיִ & יִחְיִ pro יִחְיֶה & יִחְיֶה (Formæ יַעֲשׂ), eorumque Fœm. & 1 pers. plur. unde in pausa יֶחִי, יֶחִי; sic תֶּשִׁי Deut. 32, 18. a rad. inusit. שׁיה Arab. شى *mœrore affecit*, in 4 Conjug. *dereliquit*, vel سوى in 4 Conj. *missum fecit*.

Hinc retrocedente ob pausam accentu, ex פְּרִי fit פֶּרִי, ex חֲצִי חֵצִי, ex עֳנִי עֹנִי, restituta ubique Vocali originaria. Sed in *Plurali, Affixione* & *Motione* eadem se magis Perfecte habent, Jod illud quiescens movendo, ut אֲרָיִים a sing. אֲרִי, חֲלָיִים a sing. חֲלִי, פִּרְיְךָ a פְּרִי, שְׁבִיָּה a masc. שְׁבִי; & nonnunquam in Plurali in א mutando, ut פְּתָאִים a פְּתִי.

Hac ipsa ratione hæc Nomina differunt a Nominibus Formæ פִּקִּיד, quorum Jod Dages forte accipit, manente præcedente Chirek, ut שְׁתִיָּה a masc. שְׁתִי; cum alias in sing. masc. coincidant. Conf. Sect. II. §. 17. Quædam utroque modo flectuntur, ut a גְּדִי fit plur. masc. גְּדָיִים 1 Sam. 10, 3. & fœm. גְּדִיּוֹת Cant. 1, 8.

§. XVI.

Mutant vero ה in Jod sequentia:

I. Formæ *Perfectæ* פֶּקֶר & פֵּקֶר (σ),

a) a

(σ) Nam duæ hæ Formæ hic coincidunt. Tria saltem הֲמִיָּה, חֲלִי & חֲצִי Formam פֵּקֶר manifeste produnt.

a) a Verbis *Transitivis*.

בִּנְיָה *structura*, *ædificium*. Ezech. 41, 13. rad. בנה *exstruxit*.

בְּעִי Job. 30, 24. *petitio, deprecatio*, rad. בעה *petivit, rogavit*. Sed ב potius servile est & ipsum Nomen עִי, quod vid. Sect. II. p. 117.

בְּרִית *cibus*, rad. *edit*.

דְּחִי *impulsus*, rad. *impulit*.

דְּלִי *situla, haustrum*, quo aqua hauritur, rad. *evexit, exhausit*.

חֲלִי f. חֶלְיָה *ornatus*, a rad. Arab. חלי *ornavit* monilibus.

חֲצִי (in pausa חֵצִי) *dimidium*, rad. *divisit, dimidiavit*.

מְחִי *percussio*, unde מחי קבלו *percussio adversi sui* i. e. *aries bellicus*, Ezech. 26, 9. rad. *percussit*.

מְנִי Jes. 65, 11. varie exponitur. *Lunam* esse, ex linguarum consensu ostenderunt BYNÆUS de *calceis Hebræorum* Lib. I. c. 9. §. 7. seq. Celeb. MILLIUS in *Differt. Select.* IV. & J. M. ROSSTEUSCHER in pec. Differt. de h. v. hab. Witteb. an. 1699. SPENCERUS & STEPH. LE MOYNE Nomen Propr. esse volunt Herois Ægyptii, primi Ægyptiorum Regis. HOTTINGERUS in *Primit. Heidelb.* p. 412. & POCOCKIUS in Notis ad *Specimen Histor. Arab.* p. 89. conferunt مناة *Manah*, idolum veterum Arabum. *Junonem* intelligit MAJUS Fil. in *Observat. S.* Part. II. p. 145. seq.

Plura

Plura vid. apud PFEIFFERUM in *Dub. Vex.* ad l. c. & Celeb. LACKEMACHERUM in *Observat. Philol.* Part. IV. Observ. 2. Conf. quoque supra גָּר. Sed fœm. מְנָת (unde pl. מְנָיוֹת) idem est cum מְנָה *portio.*

מְעִי Jes. 17, 1. *reliquiæ*, *rudera*, a rad. Arab. معى *reliquias superesse fecit.* Sed מ vulgo pro servili habetur: vid. ergo Aucta ab initio.

מֶשִׁי vulgo *sericum*, a משה *traxit:* quod in fila *trahatur.* Sed GUSSETIUS & HILLERUS in *Hierophyt.* Part. II. pag. 133. *lanam marinam* exponunt, de qua vid. quæ habet BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 487. seq. HIERONYMUS *polymitum* reddit, Targum *discolor*: unde CASTELLUS confert Arab. وشى *coloravit pannum*, in 2 Conj. *acu pinxit*, quod ו & מ sint literæ ejusdem Organi.

סְחִי *purgamentum: abrasum*, rad. *everrit*, *abrasit.*

עֲדִי (unde pl. עֲדָיִים Ezech. 16, 7. in omnibus fere Codicibus penacutum, sed vitiose, ut monet ALTINGIUS *Gram. Hebr.* §. 81.) *ornatus*, it. *os*, *oris*, vel potius *maxilla*, *gena*, (quomodo conf. infra לְחִי,) rad. *transiit*, it. *ornavit: ornavit se*, semel *arripuit* Jer. 31, 4. ex Syr.

פְּרִי *fructus*, qui profertur, rad. פרה in genere *ferre*, *proferre* Deut. 29, 17. Jes. 45, 8. spec. *fructum:* hinc *fructuosum esse.*

רְאִי Job. 37, 18. *speculum*, rad. *vidit*, *aspexit*, *inspexit.*

רְעִי *pastio: pascuum*, rad. *pascere.*

שְׁבִי f. שִׁבְיָה *captivatio: captivus*, rad. *captivum duxit.*

שִׁלְיָה *secundina*, rad. שלה *extraxit.* Conf. שִׁיל.

תְּלִי *pharetra*, quod de tergo suspendi soleat, Gen. 27,3. rad. *suspendit.* Sed *gladium* cum ONCKELOSO, Syro, KIMCHIO & JARCHIO intelligunt FULLERUS in *Miscell. S.* Lib. I. c. 17. & HEIDEGGERUS in *Histor. Patriarch.* Tom. II. Exercit. XIV. §. 2. Vid. tamen CLERICUS in *Commentar.* ad l. c.

* * *

b) A Verbis *Intransitivis.*

אַלְיָה *cauda*, q. d. corporis animalis *appendix*, Formam habet ab אלה, sed significationem a ליה vel לוה *adhæsit.* Vel sic dicitur a *pinguedine*, coll. cognatis אֱוִיל, אַיִל & Verbo Arab. אלי *carnosas clunes habuit:* est enim proprie *cauda* ovis vel arietis adiposa illa, quales in Oriente spectare est, quarum minimæ 10. vel 12. nonnullæ etiam 40. imo si LEONI AFRICANO Lib. IX. fides habenda, 80. libras excedunt pondere, quod tamen fabulosum videtur SCHOTTO in *Physica Curiosa* Lib. VIII. c. 64. Vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 494. seq. MAJUS in *Histor. Animal.* p. 502. seq. CYPRIANUS in *Contin.* FRANZII *Histor. Anim.* p. 734. VOSSIUS de *Idololatria* Lib. III. c. 55. LUDOLFUS in *Histor. Æthiop.* Lib. I. c. 10. (ubi figura ejusmodi ovis exhibetur,) & *Commentar.* p. 146. aliique.

בְּכִי *fletus*, rad. *flevit.*

בְּלִי *defectus*, *abolitio*, ut Exod. 14, 11. Jes. 38, 17. hinc Adverb. *non*, rad. *defecit*, *detritus*, *consumtus*, *abolitus est.*

בְּרִי inusit. unde fœmin. בְּרִיָּה Ezech. 34, 20. idem quod בְּרִיא *pinguis*.

דְּמִי *cessatio*, *excisio* Jes. 38, 10. rad. *siluit*, *cessavit*: *excisus est*.

הֲמִיָּה *tumultus*, *strepitus*, rad. המה *strepuit*, *tumultuatus est*.

יֳפִי *pulchritudo* Ezech. 28, 7. rad. *pulcher fuit*.

כְּלִי 1.) *vas*, 2.) *supellex*, 3.) *instrumentum* sive *bellicum* sive *Musicum*, 4.) *vestis*: quæ omnia sic dicuntur, quia quotidiano usu *consumuntur* & atteruntur, rad. כלה *consumtus est*. Sed pl. fœm. כְּלָיוֹת *renes*, sec. ABEN-ESRAM, BOCHARTUM & alios a *libidine*, cujus sedes sit in renibus, ex ejusdem radicis sensu *summe expetendi* Ps. 119, 81, 82. conf. Job. 19, 27. & vid. GLASSIUS in *Philologia S.* p. m. 1459. quod etymon non placet GUSSETIO p. 384. qui tamen non melius affert. Celeb. SCHULTENS ad Job. 16, 13. ejusdem originis esse putat cum כִּלְאַיִם, quod renes sint *bipartiti*. Possent etiam sic dicti esse a cavitate sua, quam Anatomici, ob figuræ similitudinem, *pelvim* vocant.

לְוְיָה *adhæsio*, *additio*, rad. *adhæsit*.

לְחִי *gena*, a *pulchritudine*, quam vultui conciliat, rad. Æthiop. *pulcher fuit*.

מְרִי *contumacia*, *rebellio*, it. *rebellis* Ezech. 2, 7, 8. c. 44, 6. rad. *contumax fuit*, *rebellavit*.

נְהִי & contracte נִי, f. נְהִיָּה *planctus*, *lamentatio*, rad. נהה *lamentatus est*.

עֲבִי *densitas*, rad. *densus fuit*.

עֱלִי *pistillum*, sic dictum putatur, quod inter tundendum *attolli* soleat, rad. עלה *ascendit*, *elatus fuit*. Sed הֶעֱלוֹת 2 Chron. 24, 14. est Infinit. Hiph. & sec. COCCEJUM repetendum antecedens כְּלֵי.

עֶרְיָה idem quod עֶרְוָה *nuditas*.

פְּלִי sec. Kri Jud. 13, 18. idem quod פֶּלִיא *mirus*, *singularis*.

פְּתִי *fatuitas*, *persuasio inanis*, *seductio sui*, it. *fatuus*, *simplex*, qui se ipsum vanis opinionibus seducit & ab aliis facile seducitur, rad. *persuasit sibi*, *seductus fuit*. In plur. facit פְּתָאִים & פְּתָיִים.

צְבִי 1.) *decus*, 2.) *complacentia*, *beneplacitum*, (ut חֵפֶץ,) *gaudium* reddit JONATHAN, Ezechiel. 26, 20. rad. Chald. *placuit*, *jucundus fuit*, sec. Celeb. SCHULTENS ab Arab. צבא *micuit*, *splenduit*. Sed צְבִי *caprea*, vid. Sect. IX. c. 2.

צֳרִי *opobalsamum*, al. ob soni vicinitatem, *resina*, Græc. ῥητίνη, (quod pluribus defendit BOCHARTUS in *Hieroz*. Part. I. col. 628. seq.) eaque *cedria*, ut conjicit NOLDIUS in *Concord. Part. Hebr.* pag. 1063. *Theriacam* intelligit CASTELLUS in *Lex.* sed vid. MAJUS ad COCCEI *Lex.* Derivant a rad. Arab. ضرا *fluxit*, al. a Chald. צרח *scidit*, *abscidit*.

קְרִי *occursus*, *casus*, proprie *adversus*, rad. *occurrit*, *accidit*. Sed f. קִרְיָה *civitas*, *urbs*, a frequenti *occursu* hominum,

minum, vel potius a *congregatione* hominum, petita significatione a קרא *vocavit, convocavit*, Arab. *collegit, congregavit in unum.*

קְשִׁי *durities* Deut. 9, 27. rad. *durus fuit.*

רֵעְיָה *socia, amica*, rad. *sociare: sociare se, socium se præbere.*

שְׁלִי *securitas, tranquillitas*, rad. *tranquillus, securus fuit.*

שְׁפִי *clivus*, vid. infra שְׁפָה.

שִׁרְיָה *lorica*, a *splendore*, rad. Arab. שרא *micuit, coruscavit:* ad quam *micandi* significationem TH. HASÆUS in Differt. de *Jeschurun* p. 12. etiam refert Hebr. שרה Job. 37, 3. Sed *spiculum* esse, ut Arab. سرية, post alios contendit BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. II. col. 785. Vid. tamen COCCEJUS in *Lexico.*

* * *

II. Formæ פְּקֹד,

a) a Verbis *Transitivis.*

דְּכִי *illisio, contusio*, rad. דכה *attrivit, contrivit, contudit.*

דְּלִי idem quod דְּלִי *haustrum, situla:* unde sec. BUXTORFIUM dual. דָּלְיַיִם, & cum Affixo דָּלְיָו Num. 24, 7. cum (ִ) brevi ex (ֵי) conciso, etsi adsit accentus Metheg, qui non semper (ִ) longum arguit. Conf. DANZIUS in *Literat.* p. 87. seq. & *Var. Lect. Bibl. Hebr. Halens.* ad Ps. 16, 1.

דְּפִי Pf. 50, 20. vulgo *ignominia*, *opprobrium*, aliis rectius *offendiculum*, coll. נרף, Æthiop. דפא, *impulit*, *propulit*, Arab. דפי *trusit*, *obruit:* & sic quoad phrasin conf. Levit. 19, 14.

עֳנִי (in pausa עֹנִי, semel cum Cholem pleno עוֹנִי Pf. 107, 40.) *afflictio*, rad. *afflixit*.

רֳאִי *visio*, *aspectus: res*, *quæ spectatur*, *spectaculum* Nah. 3, 6. rad. *vidit*, *spectavit*.

* * *

b) A Verbis *Intransitivis*.

אֶשִׁי vel אֲשְׁיָה, idem quod אֻשִׁישָׁה *fundamentum*, COCCEJO *fulcrum*. Quidam deducunt ab Arab. אשי in 4 Conj. *consolidavit*.

דֳּמִי *silentium*, rad. *siluit*.

חֳלִי *ægritudo*, *morbus*, rad. *ægrotavit*. Sed Hiph. החלה Hos. 7, 5. est *evacuare*, ex significatione radicis Arab. خلا *vacuus fuit*, in 2 & 4 Conj. *evacuavit*.

חֳרִי *æstus*, *ardor*, rad. *arsit*, *exarsit*. Sed Neh. 3, 20. חרה videtur idem significare cum Arab. & Æthiop. חרי *elegit*, *proposuit*, *intendit*.

יְפִי idem quod יֳפִי *pulchritudo*.

עֳבִי *crassities*, rad. *densus*, *crassus fuit*.

עֳפִי *frons*, rad. Syr. *fronduit*, in Aph. *crevit*, Arab. *luxuriavit* herba.

צֳרִי idem quod צְרִי.

§. XVII.

§. XVII.

Quæ tertiam radicalem הָ in תְ mutant, ea huic Thau vel geminam Vocalem brevem (∵) præmittunt, ut קֶרֶת, vel unam longam (ֵי) & (ֵ), rarius (ָ) & (ֹ), cum accentu, prima radicali possidente vel (ָ) vel (ְ).

Quæ (ָ) sub prima radicali habent, Formæ Perfectæ פֶּקֶר respondent: dicitur enim e. g. גָּלוּת pro גְּלָהוּת, ut jam dudum observavit KIMCHIUS in *Michlol* fol. 57. b. Unde & (ָ) illud immutabile est. Quæ vero (ְ) possident, Formam Perfectam פְּקַר referunt, ut קְמוּת pro קְמָה, pereunte, ob accentum deductum, (‥) primæ radicalis.

§. XVIII.

Loco tertiæ radicalis הָ assumitur תְ,

I. Præcedente gemino (∵), in sequentibus:

דֶּלֶת, vid. infra דַּל.

זֶרֶת *spithama*, q. d. *dispersio*, *extensio digitorum*, rad. זרה *sparsit*, *expandit*. Conf. טֶפַח.

כֶּסֶת, pl. כְּסָתוֹת Ezech. 13, 18. *pulvilli*, quibus lectus *tegitur*; GUSSETIO *tegumenta* in genere, a כסה *texit*: unde & German. Küssen.

בֹּשֶׁת,

פֵּשֶׁת, & nova terminatione fœm. (τ) פִּשְׁתָּה, *linum*, sec. HILLERUM in *Gram. Hebr.* p. 365. ab Arab. فش *fidit:* quod linum *findatur*, dum frangitur vel carminatur. Non abludit quoque radix Arab. פשש *discussit*, *carminavit*, (alias Aram. & Arab. כפס) unde Syr. ܟܦܣܐ *carminatio*.

צֶפֶת *coronamentum*, quo aliquid *tegitur*, a צפה in genere *texit*, *abscondit*.

קֶסֶת, vid. קֶשֶׁה Sect. II. p. 192.

קֶרֶת idem quod קִרְיָה *urbs*.

רַחַת *vannus*, Jes. 30, 24. ejusdem originis cum רְחַיִם, quod vid. infra.

שֵׁאת (contracte pro שְׁאֵת, sicut מוֹצָאת pro מוֹצֶאֶת,) *devastatio*, rad. שאה *vastatus est*.

שֶׂפֶת idem quod שָׂפָה *labium*: inde enim est pl. Constr. שִׂפְתוֹת.

* * *

II. Præcedente (ִי.),

a) cum (ָ) sub prima radicali.

גָּזִית *excisio*, vel potius *lævigatio*: *lapis lævigatus*, *ferro politus* Exod. 20, 22. a גזה Chald. *amputavit*, *abscidit*, *dolavit*.

דָּלִית,

(τ) Quasi ת sit radicale; conf. Sect. I. §. 9. p. 19. Sed pl. פִּשְׁתִּים est tanquam a sing. פֵּשֶׁת, vel sec. alios a פִּשְׁתָּה, Formæ לְבֵנָה, cum ה parag.

דָּלִית, unde pl. דָּלִיּוֹת *propagines*, *palmites*, quod se sursum eleveat, rad. דלה *evexit*, *elevavit*; vel potius a *tenuitate*, petita significatione a דלל *attenuatus est*. Conf. זַלְזַלִּים.

הָרִית, unde deducunt plur. הָרִיּוֹת Hos. 14, 1. *prægnans*, *gravida*, rad. *gravidus fuit vel factus est*, *concepit*.

זָוִית pl. זָוִיּוֹת *anguli*, partes ædificii in se *contractæ*, vel ubi res *abdi & recondi* solent, rad. Arab. זוי *abdidit*, it. *collegit*, *contraxit*.

צְפִית *speculatio*, rad. *speculatus est*.

b) Cum (:) sub prima radicali.

בְּכִית *fletus*, rad. בכה *flevit*.

בְּרִית *fœdus*, significationem accipit a ברא *secuit*, *dissecuit*, quia fœdera per *dissectionem animalium* fieri solebant Jer. 34, 18. unde כרת passim de *fœdere* dicitur; sic Lat. *ferire*, *icere fœdus*, Græc. ὅρκια τέμνειν, Chald. גזר קים. Plura de ritu illo vid. apud STUCKIUM in *Antiq. Conviv.* Lib. I. c. 38. PFEIFFERUM in *Antiq. Hebr.* c. 26. DIETERICUM in *Antiq. Bibl.* ad Jer. 34, 18. BOCHARTUM in *Hieroz.* Part. I. col. 325. seq. DANZIUM in *Interprete Ebræo-Chald.* p. 221. seq. G. SCHUBARTUM in Diss. de *moribus gentium circa fœdera* §. 25. DAN. JACOBI in duabus Differt. de *fœderibus Veterum per dissectionem animalium factis*, hab. Lips. an. 1710. J. KUHNIUM in *Quæst. Philol.* Pentad. II. qu. 2. & apud alios, quos magno numero citant Celeb. FABRICIUS in *Bibliograph. Antiq.* c. 11. §. 5. & ZORNIUS in *Biblioth. Antiq.* p. 1065. seq.

הֲמִית *tumultus*, rad. *strepuit, tumultuatus est.*

חֲנִית *hasta*, *lancea*, quod in eam incumbendo *inclinetur* 2 Sam. 1, 6. vid. statim חָנוּת.

רְאִית sec. Kethibh Eccles. 5, 10. *aspectus*, rad. *vidit, aspexit.*

שְׁבִית *captivitas: captivus*, rad. *captivum duxit.*

שְׁחִית idem quod שׁוּחָה & שַׁחַת *fovea.*

* * *

III. Præcedente (ָ),

a) Cum (ָ) sub prima radicali.

בָּכוּת idem quod בְּכִית *fletus.*

בָּרוּת *cibus*, rad. ברה *edit.*

גָּלוּת *migratio in captivitatem*, *captivitas: captivus*, rad. (sec. COCCEJUM & Doctiss. SCHULTENS in Notis ad HARIRIUM p. 61.) in genere *nudum reliquit*, *nudum fecit:* hinc 1.) *retexit*, *revelavit*, 2.) *in captivitatem migravit*, q. d. *locum vel sedem suam nudam reliquit.* Conf. contra עָם, סָךְ & גוֹי.

הָגוּת *meditatio*, rad. *meditatus est.*

חָזוּת *visio*, rad. *vidit*. Sed ad Dan. 8, 5, 8. conf. Arab. חזי *extulit*, in 4 Conj. *eminuit.*

חָנוּת *cellula*, *fornix*, *mansiuncula*, a rad. Chald. חנא *diversatus est*, *habitavit*, vel ab Arab. حنى *arcus more fecit*,

cit, *arcum fecit*, *incurvavit*, it. *inclinavit:* quo sensu *inclinandi* etiam sumitur Hebr. חנה Jud.19,9. coll. v.8.

חָסוּת *fiducia*, rad. *fisus est*, *confugit*.

Huc COCCEJUS, GEIERUS & alii referunt vexatissimum illud דַּלְיוּ Prov.26,7. *elevatio*, a דלה *elevavit*, mutata tertia rad. ה in Jod, & ה per Apocopen ex Chaldaismo abjecto. Simile ei est Propr. גַּשְׁמוּ Neh. 6, 6. (pro quo גֶּשֶׁם v.1.) ex Chald. pro גַּשְׁמוּת, ut vult HILLERUS in *Onom. S.* p.III.459. & 536. vel potius cum terminatione Arabica, ut videtur Ven. nostro D. MICHAELIS in *Notis Uberior.* ad l.c.

b) Cum (:) sub primâ radicali.

דְּמוּת *similitudo*, rad. דמה *similis fuit*.

זְנוּת *scortatio*, rad. *scortatus est*.

כְּסוּת, semel per Aphæresin סוּת Gen. 49,11. (deficiente כ, quod in Codice Samaritano mansit,) *tegumentum*, rad. כָּסָה *texit*.

לְזוּת *perversitas*, *aversio*, Formam habet a לזה, sed significationem a לוּז *recessit*, *aversus est*.

עֱנוּת *afflictio*, rad. *afflixit*.

פְּדוּת & פְּדֻת *redemtio*, rad. *redemit*.

רְאוּת sec. Kri Eccles. 5, 10. vid. רְאִית.

רְעוּת 1.) *societas: socia, amica*, 2.) *depastio, consumtio;* vid. infra רֵעַ.

שְׁבוּת idem quod שְׁבִית.

* * *

III. Præcedente (ָ) & (וֹ).

מְנָת *portio*, idem quod מָנָה.

קְצָת idem quod קָצָה *finis, extremitas.*

חֲזוֹת 2 Chron. 9, 29. (sic Chald. Dan. 4, 8.) idem quod חָזוּת.

חֲצוֹת *medium* Exod. 11, 4. (coll. c. 12, 29.) Pf. 119, 62. rad. *divisit, dimidiavit.*

עֲנוֹת 2 Sam. 22, 36. idem quod עֲנָוָה Pf. 18, 36. *mansuetudo.*

פְּנוֹת *respectus, conversio*, & Præpof. *versus* Ezech. 43, 17. rad. *respexit, vertit se.* Aliis est Infinit.

רְאוֹת *visio* 2 Chron. 26, 5. rad. ראה *vidit.*

§. XIX.

Quæcunque porro *Apocopen* tertiæ radicalis ה præcedentisque (ֶ) patiuntur, pro tribus SEGOLATORUM *Perfectorum* classibus variant. Nam quæ Formæ *Perfectæ* פֶּקֶד respondent, ea (ֶ) primæ radicalis insuper ad Euphoniam in (ַ) mutant (υ), ut צַו pro צֶו ex

(υ) Sicut *Defectiva secunda radicali*, vid. supra not. (y). Unicum עֶר

ex צְוֹוֹה. *Patach* vero illud in incremento vocis trifariam ſe habet: 1.) in *Duali* in (ָ) producitur, ut שָׂדַיִם a שַׂד; 2.) ſi media radicalis ſit litera tertiæ ה abjectæ cognata, Vau ſcil. aut Jod, tunc Dages f. poſt ſe adſciſcit, veluti in compenſationem tertiæ ה abjectæ, ut קַוִּם a קַו, חַיָּה a חַי (φ); 3.) alias perit, ut בְּרִי a בַּר, זְנִים a זַן. Secunda Forma ſub prima radicali (ֵ) poſſidet, eſtque Formæ *Perfectæ* פֵּקֵד, ut בֵּן pro בֵּנֶה. *Tzeri* autem illud in Motione & Plurali manet, ut בֵּךְ, in Plur. בֵּכִים; in Affixione ut plurimum perit, ut בְּנִי a בֵּן (*). Tertia Forma, pri-

 mæ

עַד *æternitas*, in pauſa (ֶ) retinet, ut videtur, diſtinctionis cauſa ab עַד *præda*, it. *usque*.

(φ) Dages tamen illud non magis originem Nominis ex *Conjugatione Dageſſata* arguit, quam Dages Euphonicum in incremento finali aliorum Nominum interveniens, ut גְּמַלִּים a גָּמָל. *Completivum* hoc Dages vocat BECKIUS in *Auctario* ad SCHICKARDI *Horolog.* p. 100.

mæ radicali *Cholem* tribuens, Formæ *Perfectæ* פִּקֵּד respondet, ut שֹׁד *mamma.*

(*) Singulariter ſeſe habent duo פֶּה & שֶׂה, quæ tertiam radicalem ה ſervant, media excluſa. Dicitur enim פֶּה & שֶׂה pro פֵּיה & שֵׂיה (Formæ Perfectæ בֵּרֵךְ,) & hoc pro פֵּיֶה & שֵׂיֶה. Excluſa autem litera quieſcente Jod, ſimul excluditur præcedens Punctum, ſicut alibi fieri ſolet, ut הֵקִים pro הֵקְיִים; vid. DANZIUS in *Literat.* p. 146. & 438. Unde in locum τῶ (··) ſuccedit (∴). In incremento tamen, tertiam rad. ה excludente, Jod cum præced. (··) redit: inde ſunt פֵּיוֹת, שֵׂיוֹ Deut. 22, 1. & pereunte (··), שֵׂיְהוּ 1 Sam. 14, 34.

§. XX.

Singula trium harum Formarum exempla ſequenti ordine exhibemus.

I. Formæ *Perfectæ* פֵּקֵד,

a) a Verbis *Tranſitivis.*

אַוָּה *deſiderium, concupiſcentia*, rad. אוה *deſideravit, expetivit.* Huc HILLERUS refert maſc. או ſec. Kethibh Prov. 31, 4. ut etiam TREMELLIUS, MALVENDA, PISCATOR aliique intellexerunt.

בַּר (unde בְּרִי Prov. 31, 2.) *filius*, proprie *electus* & *carus*, ſi radix eſt ברה *elegit.* Aliud vid. ſupra c. 2.

גֵּי & cum א otioso גַּיְא, idem quod גֵּיא & גַּיְא *vallis*.

דַּל Pſ. 141, 3. (quocum conf. Mich. 7, 5. Job. 41, 5. Eccleſ. 12, 4. & ſec. quorundam explicationem Prov. 17, 19.) fœmin. דָּלָה (Formæ סְאָה) ſec. Kri Jeſ. 26, 20. unde & Dual. דְּלָתַיִם, & alia terminatione fœm. דֶּלֶת, 1.) *valva* januæ vel portæ, 1 Reg. 6, 34. ſic dicta, quod, dum aperitur, *attolli* ſoleat, (conf. Pſ. 24, 7.) Synecdochice 2.) tota *janua*, Metaphorice 3.) *operculum arcæ* 2 Reg. 12, 10. 4.) *columna libri* Jer. 36, 23. duplici ſenſu accipitur Ezech. 41, 24. a דלה *elevavit, evexit*.

זַן pl. זְנִים 2 Chron. 16, 14. vulgo *ſpecies*, q. d. *mixta, varia*, al. *odoramenta, aromata*, mixta ex variis odoriferis, derivari poteſt a זנה *ſcortari*, ſi hoc in genere ſit *miſcere: miſcere ſe*, vel ſec. hypotheſin NEUMANNI, *variare, quoscunque appetere*, quod fit fornicando; vel ab Æthiop. ዘነወ: *odorem ſpirare*, ז & צ permutatis.

חַר (vel חֹר), unde plur. Conſtr. חרי ſec. Kethibh 2 Reg. 18, 27. idem quod חֲרָא *ſtercus, excrementum*.

כַּר, vid. Sect. IX. c. 2.

מַי *aqua*, vid. מַיִם ſupra p. 341.

מַר *gutta pluvialis*, a rad. Arab. מרי *in pluviam diſſolvit* ventus nubem.

סְאָה, pl. סְאִים, menſura aridorum, derivari poteſt à rad. Arab. سأى *diviſit*.

עַד *præda*, a rad. Aram. & Arab. עדא *eripuit, abſtulit, ſpoliavit*. Aliud vid. Claſſ. ſeq.

צַו *præceptum*, idem quod צַו, rad. *præcepit*.

קַו 1.) *amussis*, *filum longe extensum*, vid. קַו p.192. 2.) *sonus*, *clamor*, intentio vocis, sec. quosdam, Ps. 19, 5. coll. Rom. 10, 18. rad. in genere *direxit*, *tendit*, *extendit*, *intendit*, spec. 1.) *spem & desiderium: exspectavit*, 2.) *sonum* vel *vocem:* hinc Arab. *clamavit*, *exclamavit*; vid. POCOKIUS in *Notis Miscell.* c. 3. p. 48. seq. & BANGIUS in *Cœlo Orientis* p. 157. & 201. seq. 3.) in Niph. *tendit*, *direxit se*, *directus est*, de aquis, *confluxit*.

שַׁד (unde dual. שָׁדַיִם) *mamma*, q. d. *effusio* lactis, rad. Chald. שרא *fudit*, *effudit*.

שַׁי *munus*, derivant ab Arab. شيّ *voluit*, *placatus est*, alias شهي *voluit*, *amavit*, *appetivit*, in 2 Conj. *dedit*, *quod cupivit*.

* * *

b) A Verbis *Intransitivis*.

גֵּו 1.) idem quod גַּב *dorsum*, 2.) *medium*, *interius* Job. 30, 5. ut Syr. ܓܘ.

דַּי *sufficientia*, ignotæ originis. Sed f. דַּיָּה vid. inter Nomina Animalium Sect. IX. c. 2.

הַוָּה 1.) *accidens*, *casus*, proprie *adversus*, *calamitas*, German. **Unfall**, 2.) *substantia*, *opes* Ps. 52, 9. Prov. 10, 3. (conf. עָתוּד,) scribitur etiam הַיָּה sec. Kethibh Job. 6, 2. rad. הוה vel היה *fuit*, *exstitit*, *accidit*, Arab. *decidit*; conf. נפל de Synonymo הֹוָה Jes. 47, 11. & vid. ALB. SCHULTENS

ad

ad Job. 30, 13. Sed Prov. 11, 6. & Mich. 7, 3. eidem Viro docto est *desiderium*, idque *malum*, ab Arab. הוי *voluit, cupivit:* quomodo idem est cum אַוָּה.

חַוָּה *villa, vicus*, sec. quosdam a *rotunditate*, sicut *urbs* ab *orbe* & πόλις a πολεῖν; sed sec. HOTTINGERUM a *congregatione* hominum, (quomodo conf. קִרְיָה,) rad. Arab. חוי *collegit*, it. *ambivit*, in 5 Conj. *rotundus fuit*.

חַי f. חַיָּה 1.) *vivus*, 2.) *ruber, crudus* Levit. 13, 10. 1 Sam. 2, 14. sed pl. חַיִּים & f. חַיּוֹת *vita*, semel חַיִּים Medium *vitæ, victus* Prov. 27, 27. ut Græc. βίος. Fœmin. חַיָּה 1.) *omne animal vivum*, ut Græc. ζῶον, a rad. חוית, Arab. חיי *rubuit*, (unde חי Chald. Syr. & Arab. *crudus*,) hinc, quia *rubor faciei* pro signo *sanitatis* habetur, *sanus, vivax, vegetus fuit, bene valuit, vixit: revixit*, 2.) *caterva, cœtus*, a *congregando*, 2 Sam. 23, 11, 13. quo etiam referunt Jes. 57, 10. conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 200. sq. & col. 774. 3.) in locutione illa כָּעֵת חַיָּה Gen. 18, 10, 14. 2 Reg. 4, 16, 17. *circa hoc tempus revolutum*, a rad. Arab. חוי *collegit, congregavit*, it. *ambivit*, in 5 Conjug. *rotundus fuit: in se convolutus fuit* (serpens), unde حيّ, Aram. חויא *serpens*, symbolum anni apud Ægyptios. Non incommode quoque alii עת חיה explicant *tempus reviviscens*, ex significatione prima.

מַת pl. מְתִים *homines in eadem societate vel familia viventes*, a rad. Arab. מתא, alias מטא *extendit*, it. *se socium junxit*, unde مطّى *socius*. Convenit quoque Arab. מתח *propinquitatem inivit:* unde Æthiop. ምት: *maritus*,

Ccc quod

quod confert LUDOLFUS in *Lex. Æthiop.* col. 639. Hinc מתי אהל Job. 31, 31. *focii tentorii*, i.e. *domestici* in eodem tentorio habitantes, & מתי סוד c. 19, 19. *focii arcani*, h.e. *familiares*, *amici intimi*.

עָב *densitas* Exod. 19, 9. 2 Chron. 4, 17. rad. *densus, crassus fuit*.

עַד *æternitas*, q. d. *processio in infinitum*, pro עֲדָה, unde manente (ֶ) in pausa עֶד, ab עדה *transiit: processit*, ut Æthiop. ዐደወ :

עַוָּה *perversitas*, al. *subversio: subversum* Ezech. 21, 32. rad. *curvus, obliquus, perversus fuit*, Arab. *inflexit*.

עַל, in pausa עָל, *elatio, eminentia: eminens, supernum* 2 Sam. 23, 1. Jes. 59, 18. c. 63, 7. Hos. 11, 7. & sec. quosdam Eccles. 8, 2. hinc Præpos. *super, ad, juxta*, rad. *ascendit*, Arab. *excelsus fuit*.

פַּךְ *lenticula*, rad. פכה, Chald. פכה, *fluxit, stillavit*. A sono factum putat MAJUS ad COCCEI *Lex.* p. 98. quomodo convenit Lat. *bacchor* de *vase aquario* usitatum, a fictitio sono *bac bac*, apud PLAUTUM in *Milit.* Act. III. scen. 2. v. 42.

פַּשׁ Job. 35, 15. vulgo *multitudo, abundantia*, quasi sit a פוש *auctus fuit, crevit, abundavit*. Sed magis & ad sensum & ad Formam vocis quadrat radix Arab. فش *gloriatus est*, in 4 Conj. *superbivit*: unde פַּשׁ *superbia*. Consentientem habeo Doctiss. ALBERTUM SCHULTENS ad Jer. 50, 11.

שַׁל *error*, rad. *securus fuit*, Chald. *erravit*.

שַׁר

שַׂר *princeps* Exod. 2, 14. rad. שׂרה *principatum tenuit.*

* * *

II. Formæ פְּקֵד,

a) a Verbis *Transitivis.*

בֵּן (bis בֶּן, cum Segol, propter Regimen, vel ad Formam עֶר, Gen. 17, 17. Esth. 2, 5.) *filius*, f. בַּת (contractum ex בֶּנֶת, cujus contractionis causam explicat MORINUS de *Lingua prim.* p. 160.) *filia*, q. d. *exstructio familiæ*, rad. בנה *ædificavit*, *exstruxit*; conf. Gen. 16, 2. c. 30, 3. Ruth. 4, 11. & vid. HILLERUS in *Onomast. S.* p. 63. Sed pl. בָּנִים & בָּנוֹת sunt ab inusit. sing. בֶּן & בָּנָה.

גֵּב idem quod גֶּבֶא *fossa.*

גֵּרָה, unde pl. Constr. גְּרוֹת (quod quidam dici volunt pro יְרוֹת) *ripæ*, ejusdem originis cum גְּדִי *hædus*, quod vid. Sect. IX. c. 2.

גֵּהָה *curatio: medicina*, qua curatur, Prov. 17, 22. rad. גהה *sanavit*, *curavit.* Sed masc. גֵּה Ezech. 47, 13. vulgo dici volunt pro זֶה; COCCEJO est *erectio*, tanquam a נאה, NEUMANNO in *Exodo L. S.* p. 256. *flexus*, *inclinatio.* Omnium optime convenit Arab. غَايَةٌ *extremitas rei summusque terminus.*

גֵּי *vallis*, idem quod גֵּיא & גַּיְא.

זֵר *cinctura, limbus*, rad. זרה *cinxit* 2 Sam. 22, 40. Pſ. 139, 3. alias אזר.

כֵּרָה 1.) *convivium*, a *parando*, 2 Reg. 6, 23. 2.) *foſſura, foſſa* Zeph. 2, 6. rad. *paravit*, it. *fodit*, alias כור, קור & נקר, Arab. אכר.

נֵד *acervus, cumulus*, a rad. Arab. ندء *congregavit*, vel ندا *congregatus eſt*.

נֵךְ, (unde pl. נֵכִים,) *claudus*, q. d. *læſus pedibus*, vid. נָכָה Sect. II. p. 37.

פֵּת (pro פֵּיָה) idem cum פִּי, quod vid. Sect. II. p. 118. Sed ſ. פֵּאָה *angulus, extremitas*, unde dual. פֵּאָתַיִם, Conſtr. פַּאֲתֵי, *uterque angulus* vel *extremitas* Num. 24, 17.

קֵבָה Deut. 18, 3. *ingluvies*, al. *ventriculus, ſtomachus*, vel ſtomachi pars, idem quod Arab. قِبَةٌ *echinus*, i. e. *ſtomachi pars pelliculata*, cujus radix eſt קבא *congregavit, collegit*. Conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 505.

רֵחַ dual. רֵחַיִם *mola*, a *convertendo*, rad. Arab. רחא *movit, convertit* molam.

שֵׁת *bibitio, potatio* Num. 24, 17. ſec. HILLERUM in *Onomaſt. S.* p. 65. 568. & *Syntagm. Hermenevt.* p. 247. ſeq. a שתה *bibit, potavit*. Aliud vid. Claſſ. ſeq.

* * *

b) A Verbis *Intranſitivis*.

גֵּא Jeſ. 16, 6. *ſuperbus, elatus*; ſ. גֵּאָה & גֵּוָה Jer. 13, 17.

Job.

Job. 22, 29. *elatio*, rad. גאה Samar. גוה *eminuit*, *extulit se*. Sed גֵּו 1.) idem est quod גַּו *tergum*, 2.) cum f. גֵּוָה idem quod גְּוִיָּה *corpus*.

הָם (unde pl. cum Affixo הֲמֵהֶם Ezech. 7, 11. ex הָמִים) idem quod הֲמִיָּה *strepitus*, *tumultuatio*.

חֵמָה contractum ex חֶמְאָה *butyrum*, vid. Sect. IV. p. 287.

יֵם pl. יֵמִים Gen. 36, 24. vulgo *muli*: qui error a vicinitate vocis Græcæ ἡμίονος ortus videtur. Paraphrastes Chaldæus *gigantes* intelligit, quem sequitur BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. Lib. II. c. 21. & יֵמִים dici vult pro אֵימִים. Sunt, qui cum HIERONYMO de *aquis calidis* accipiunt. Hebræorum quidam apud ABEN-ESRAM ad l. c. & recentiores nonnulli *herbæ* speciem esse volunt: quam sententiam WAGENSEILIUS defendit ad *Sotam* p. 215. seq. & calculo suo comprobat Cl. SCHARBAU in *Parergis* Part. III. p. 163. seq. Arab. يمان *blitum*, conferunt SAUBERTUS in *Triga Locorum Difficil. S. S.* MAJUS Pater in *Histor. Anim.* p. 248. & Filius in *Observat. S.* Part. I. p. 1. seq. Sed primam sententiam de *mulis*, contra BOCHARTUM tuentur GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* p. 328. & PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* ad l. c. qui tamen & aliam profert conjecturam, posse יֵמִים conferri cum Arab. *jemam*, & verti *palumbes* s. *columbas agrestes*. Vid. infra יום.

יֵשׁ τὸ *esse*, *essentia*: *substantia*, *ens subsistens*, ejusdem originis cum תּוּשִׁיָּה, a rad. inusit. ישה, unde Arabes videntur fecisse suum אתי *fuit*, *exstitit*, & איס *est*, *existit*. Convenit Lat. *esse*.

 בֹּהָה

כֵּהָה Nah. 3, 19. *hebetatio* i. e. *mitigatio*, al. *contractio*, rad. *hebescere*; quibusdam *dolor*, ex significatione Chald. כהה *dolere*. Aliud vid. Sect. seq.

כֶּל, unde pl. כֵּלִים, idem quod כְּלִי.

מֵעַ pl. מֵעִים, f. מֵעוֹת (de re inanimata Jes. 48, 19.) *viscera*, ab *extensione*, rad. Arab. *extendit se*. Conf. MAJUS ad COCCEI *Lex.*

סֵט Ps. 101, 3. & שֵׂט Hos. 5, 2. *declinatio*, rad. שׂטה *declinavit*.

עֵץ f. עֵצָה *arbor*, a rad. Arab. עצא, alias עטא, *pleno vigore fuit*, it. *ramos protendit expanditque* (arbor): *germinavit*. Aliud עֵצָה vid. Cap. 1.

רֵעַ 1.) *sociatio*, *amicitia* Prov. 18, 24. 2.) *socius*, *amicus*, f. רֵעָה *socia*, *amica*, 3.) *cogitatio*, ex Chald. Ps. 139, 2, 17. (quam significationem tamen eliminatam volunt GUSSETIUS & SCHULTENS,) rad. רעה in genere *sociavit*, spec. *gregem ad pastum*, hinc *pavit*, & Intransit. *sociavit se*: it. *pastus est* (χ).

שֵׂה

(χ) Quoties (..) in incremento immutabile manet, toties Absolutum est רֵעָה Formæ Dagessatæ. Aliud est רֵעַ Job. 36, 33. idemque cum Arab. ريع, alias غرة, cujusvis rei *primordium*, spec. *auroræ* s. *diluculi albedo* & *splendor*; a rad. راع *augmentum cepit*. Ut adeo sensus loci vexatissimi sit: *Nuncium fert de ea* (luce vel sole, ex v. 30. & 32. conf. Verbum הגיד cum עַל 1 Sam. 27, 11.) *aurora ejus*; *pecus* (nuncium fert) *etiam de oriente*, scil. luce vel aurora, coll. Verbo עלה de *auroræ ortu* Gen. 19, 15. cap. 32, 25, 27. Jud. 19, 25. 1 Sam. 9, 26. Jon. 4, 7. unde *aurora* Arab. جولس dicitur ab *ascendendo*.

שֶׂה vid. Sect. IX. c. 2.

שָׁפָה (unde pl. Constr. שְׁפוֹת 2 Sam. 17, 29.) *caseus*; ab *acrimonia*, ut חָרִיץ, coll. rad. Sam. שפי *scidit, abscidit*, Arab. שפף *pupugit*, & consequenter *acutus, acris fuit*: unde Chald. משוף *acutus*, Hebr. הר נשפה *mons acutus*, & שְׁפִי *clivus acutus*.

שֵׁת *nates*, vulgo ad שתת referunt; sed (..) mutabile 2 Sam. 10, 4. arguit radicem tertia quiescentem, observante id quoque KIMCHIO: est autem radix illa Arab. شتا *subsecutus est a parte posteriore*.

* * *

III. Formæ פְּקֹד sunt hæc pauca:

מֹן, unde pl. מֹנִים *vices*, sec. quosdam a מנה *numeravit*. Vid. tamen supra c. 3. p. 354.

נֹהּ Ezech. 7, 11. *lamentatio*, a נהה *lamentatus est*.

פֹּת 1.) *cardo januæ*, 2.) *podex*, utrumque a *crepitando*, rad. Arab. פתא alias פטא *pepedit, crepitavit*.

שֹׁד idem quod שַׁד *mamma*. Aliud vid. supra p. 335.

§. XXI.

Quæ Formam denique *tertia radicali*

Quie-

Quiescentem cum *Quiescente media radicali* permutant, sunt sequentia:

גּוֹי *gens, populus*, ejusdem originis cum גַּיְא *vallis, a tegendo*, sicut עַם & סַךְ.

גּוֹלָה *migratio in captivitatem, captivitas*, it. *captivus*, vel Collective, *captivi*, rad. גלה *in captivitatem migravit.*

הוָּה idem quod הַיָּה *casus adversus, calamitas.*

הוֹן *substantia, opes acquisitæ*, huc referri & deduci potest ab הנא Chald. *lucratus est.*

יוֹם idem quod יָם (unde pl. יָמִים & יָמוֹת, Constr. יְמֵי & יְמוֹת) *dies*, commode derivatur ab Arab. ومد *ferbuit, caluit* (dies): quia *dies* in regionibus, a primis hominibus habitatis, omnino est *calidissimus*, ut contra nox frigidior; conf. Gen. 31, 40. Jer. 36, 30. Adde, quod ipsi *luci*, natura sua calidæ, hoc nominis primitus imposuerit Deus Gen. 1, 5. Inde lucem accipit sententia Vulgati, qui יֵמִים Gen. 36, 24. (quod ejusdem originis est cum יום) vertit per *aquas calidas* (ψ), ad quem locum

(ψ) Quam explicationem Interpretis Vulgati defendit IOS. PASINUS in *Differt. Polem.* p. 130. nec immerito: nam & vocis origo & rei circumstan-

cum ita HIERONYMUS: Nonnulli *aquas calidas*, juxta Punicæ linguæ viciniam, quæ Hebrææ contermina est, hoc vocabulo signari putant.

יוֹנָה Jer. 25, 38. c. 46, 16. c. 50, 16. *oppressio*, rad. ינה *oppressit vi vel fraude*. Sed יוֹנָה *columba*, vid. Sect. IX. Cap. 2.

כּוֹס 1.) *poculum*, a *tegendo*, vid. כְּפוֹר & אַגָּן; 2.) *noctua*, *bubo*, interdiu sese *occultans*, (vid. tamen Sect. IX. c. 2.) a כסה *texit*, *occultavit*, & Intransit. *texit se*, *tectus fuit* Gen. 38, 14. Deut. 22, 12. Ps. 143, 9. Jon. 3, 6. ut Chald. & כשׂה Deut. 32, 15.

לִוְיָה *appendix*, *additamentum*, a rad. לוה *adhæsit*.

עוֹלָה 1.) *ascensus* 1 Reg. 10, 5. Ezech. 40, 26. 2.) *holocaustum*, totum in altare *ascendens*, (conf. 1 Reg. 18, 29, 36. 2 Reg. 3, 20. Jes. 60, 7. Ps. 51, 21.) rad. עלה *ascendit*.

עוֹנָה *habitatio*, *cohabitatio*, proprie *maritalis*, a rad. ענה, Syr. ܥܢܐ *consortium habuit*, Arab. غني *commoratus est*, it. *uxorem duxit*, unde & מָעוֹן *habitaculum*.

Ddd עוֹר

stantiæ ei favent. Certe inventio thermarum & aquarum medicinalium res est notatu digna, & ut plurimum in locis desertis per animalia accidere solet.

עוֹר *pellis*, *cutis*, proprie *nuda*, derivant ab ערה *nudum esse*, *nudari*.

קוֹרָה *trabs*, *tignus*, ita dictum volunt, quod trabes ita conjungantur, ut altera alteri *opposita sit* & quasi *occurrat*, a rad. קרה *occurrit*, *obvenit*. Sed quidni potius ejusdem originis sit cum מָקוֹר ? a קור *fodit*, Arab. *excîdit*, *circumcidit*, *discidit*, alias נקר *excîdit*, Arab. *dolavit* &c. coll. גַּב, קֶרֶשׁ &c. Inde novum Verbum formatum in Pih. *contignavit*, q. d. *trabes trabibus opposuit*.

שׁוֹאָה *strepitus*, *vastatio: vastatum*, rad. שאה *vastatus fuit*, it. *strepuit*.

תּוֹעָה *error*, a תעה *erravit*.

SECTIO

SECTIO VI.

DE

DAGESSATIS.

SECTIO VI.
DE
DAGESSATIS.

§. I.

EXplanatis NOMINIBUS LEVIBUS, ſequuntur GRAVIA ſive DAGESSATA. Hæc ejusdem plane naturæ ſunt cum Conjugationibus *Dageſſatis*, unde deſcendunt. Ex *Pihel* deſcendere creduntur, quotquot ſub prima radicali (-) poſſident vel (·) (ω): ut ſunt quinque Formæ 1.) פַּקֵּד vel פִּקֵּד, 2.) פַּקּוּד vel פִּקּוּד, 3.) פַּקִּיד, & ſec. quosdam פִּקִּיד, (quo referunt חִתִּית & Propr. שֵׁעִיר

(ω) Quæ duæ Vocales nullam hic ſignificationis differentiam inferunt, ſed promiſcue valent, ſicut in ipſis Verbis nonnunquam, ut in Præt. Pih נַשַּׁנִי Gen. 41, 51. cum (-) pro (·), & contra in Infinit. חִלֵּץ Levit. 14, 43. נִאֵץ 2 Sam. 12, 14. cum (·) pro (-); ſic in fut. תְּאֵהֲבוּ Prov. 1, 22. producto (·) in (··). *Gutturales* tamen in Nominibus illis frequentius (-) habent.

(שֵׂעִיר, 4.) פִּקּוּד vel פַּקּוּד, 5.) פִּקֵּד vel פַּקָּד, singulæ cum Fœmininis suis. Sunt ergo Formæ illæ, ut ipsa Conjugatio *Pihel*, vel INTENSIVAE, ut שַׂגִּיא *intense magnus*; vel FREQVENTATIVÆ, ut גַּנָּב *fur, frequenter furans*; vel ACTIONES notant TRANSITIVAS, si *Kal* significationis sit *Intransitivæ*, ut מִלֵּאת & מִלּוּא *impletio*, ex Pihel Transit. *implevit*, cujus Kal Intransit. *impletus fuit*. Ex Conjugatione Passiva *Pyhal* derivantur tres Formæ sub prima radicali (ֻ) possidentes, פֻּקָּד, פֻּקּוּד & פֻּקָּד: quæ, ut ipsa Conjugatio *Pyhal*, de PASSIONE INTENSA & FREQUENTE accipiuntur. Conf. Sect. III. §. 3. & 5. Derivata autem ex *Hithpahel*, quæ ab initio augentur literis הִת, reservantur ad Sect. seq. Cap. 3.

§. II.

Prima DAGESSATORUM Forma פַּקֵּד vel פִּקֵּד, quo etiam pertinent exempla quædam Formæ פּוֹקֵד ex Conjugatione sic dicta *Pobel* (α), vel INTENSIVA est Formæ *Levis* פָּקֵד, de qua Sect. II. c. 2. vel *Verbalia* format ex Pihel, eaque *Temporis Indefiniti.*

§. III.

INTENSIVA Formæ *Levis* פָּקֵד sunt sequentia:

I. Masculina

a) a Verbis *Transitivis.*

אִשֵּׁר

(α) Quam peculiarem Conjugationem contra ELIAM LEVITAM multis stabilivit BELLARMINUS in *Institut. Hebr.* p. 66. seq. Convenire illam cum Arabum Conjugatione tertia فَاعَلَ, (posito scil. Fata in Eliph quiescente pro Cholem, ut alibi passim,) observat Doctiss. SCHULTENS in *Clave Dialect.* pag. 348. Obtinet hæc Conjugatio *Pobel* præsertim in Verbis *Defectivis* & *Quiescentibus media radicali.* Sic vero *Quiescentia media radicali* tertiam radicalem geminant, ut רוֹמֵם a רוּם: quod & Nomina faciunt.

אִטֵּר *plane contractus, curvus,* rad. *conclusit,* Arab. *curvavit,* in 5 Conj. *cobibitus fuit.* Ejus *Leve* est Propr. אָטֵר Esr. 2, 16. Neh. 7, 21. *Defectus, Vitiositas.*

אִלֵּם *mutus,* q. d. *linguâ firmiter ligatus,* rad. *ligavit,* in Niph. *obmutuit;* conf. δεσμὸς τῆς γλώσσης Marc. 7, 35. *Defectus, Privatio.*

עִקֵּשׁ *penitus perversus, tortuosus,* rad. *pervertit.* *Vitiositas.*

פִּקֵּחַ *plane apertus,* scil. oculis, *acute videns,* rad. *aperuit.* *Virtus physica,* cujus Oppositum est עִוֵּר.

a) A Verbis *Intransitivis.*

אַחֵר f. אַחֶרֶת, *alius, alter,* primo posterior: unde etiam pro *posteriore* vel *subsequente* accipitur Gen. 17, 21. 2 Reg. 6, 29. &c. rad. *postremus fuit, moratus est.* Sed plur. אֲחֵרִים f. וֹת, est a sing. inusit. אָחֵר. *Posterioritas.*

גֵּאֶה (cum (∵) pro (··), ob ה quiesc. sicut in *Levibus,* vid. Sect. II. not. α) *fastuosus, qui se valde effert,* rad. *se extulit.* *Vitiositas.*

גִּבֵּחַ *recalvaster,* ignotæ originis. *Vitiositas.*

גִּבֵּן *gibbosus,* q. d. *coagulatus, concretus,* vid. גְּבִינָה. *Vitiositas.*

חֵרֵשׁ *surdus, nibil plane audiens,* rad. *surdum esse vel fieri, surdescere.* *Defectus, Privatio.*

כֵּהֶה (unde fec. COCCEJUM est fœm. כֵּהָה,) *contractus, valde corrugatus,* de oculis, *bebes,* rad. *bebes fuit vel factus est,* Arab. *decrepitus fuit.* Convenit קהה *obtusus fuit, stupuit.* Sed כֵּהָה *bebetatio,* vid. Sect. præced. p. 388. *Defectus, Vitiositas.*

מָאֵן Jer. 13, 10. *pertinaciter renuens*, *obstinatus*, Intensivum *Levis* מָאֵן.

Conf. *Leve* מְהֵרָה. מַהֵר *valde festinus*, *promtissimus*, & Adverb. *valde festinanter*, *citissime*, rad. *festinavit*.

Vitiositas. סֵעֵף Ps. 119, 113. *homo cogitationibus valde distractus* vel *inflatus*, vid. סְעִיף.

Defectus, Privatio. עִוֵּר f. עִוֶּרֶת Jes. 42, 7. *cæcus*, *nihil plane videns*, rad. Æthiop. *cæcus fuit vel factus est*, Arab. *luscus*, *monoculus fuit:* unde Pih. Hebr. עִוֵּר *cæcum reddidit*. Ab עור *cutis*, derivandum videtur COCCEJO, q. d. *membranam habens*.

Defectus, Vitiositas. עִלֵּג *balbus*, a rad. Arab. עלך (ג & ך permutatis,) Syr. transpos. לעג *balbus fuit*, *balbutivit*.

Defectus, Vitiositas. פִּסֵּחַ *claudus*, rad. *claudicavit*. Ejus *Leve* est Propr. פָּסֵחַ Esr. 2, 49. Neh. 3, 6.

Conf. *Levia* צָמֵא, חָרֵב. צִחֵחַ *valde siccus & aridus*, *siticulosus*, rad. Chald. *sitiit*, Æthiop. *serenus fuit*, Arab. per Dad, *sudavit: solem passus est*.

Defectus, Privatio. קֵרֵחַ *calvus*, *plane decalvatus*, rad. *decalvatus fuit*. Ejus *Leve* est Propr. קָרֵחַ 2 Reg. 25, 23. Jer. 40, 8.

Conf. *Leve* חָבֵר. רֵעֶה *amicus*, *socius junctissimus*, f. רֵעָה *amica*, *socia*, rad. *sociare se*.

Affectus; conf. Leve חָפֵץ. שׁוֹקֵק, unde f. שׁוֹקֵקָה, *vehementer appetens*, *valde cupidus*, a שׁוּק, in Pihel vel Pohel שׁוֹקֵק *vehementer appetivit*, *intense desideravit*. Posset quoque esse Particip. Benoni a שׁקק, alternantibus Verborum Imperfectorum Formis.

II. Fœ-

* * *

II. Fœminina indicant

a) DEFECTUM & VITIOSITATEM aut contrà VIRTUTEM ANIMI INTENSAM: & sic sub prima radicali (·) possident, vel (וֹ) ex Conjugatione *Pohel.* Talia sunt:

אִוֶּלֶת *stultitia*, vel potius *habitus istius vitii*, vid. suo loco אֱוִיל.

בּוֹגֵדָה Zeph. 3, 4. *prævaricatio intensa*, *perfidia summa*, rad. *prævaricatus est.*

הוֹלֵלָה & הוֹלֵלוֹת *insania*, *stultitia*, qua quis frequenter a recto rationis tramite aberrat, rad. הלל *splenduit*, it. *insanivit*, *erravit*, quæ significatio est ab inusit. יהל, Arab. وهل *erravit*. Conf. שׁוֹלָל.

יְקָהָה *obedientia*, *obsequium promtissimum*, a rad. Arab. وقه *paruit*, *obedivit*.

עִקְּשׁוּת Prov. 4, 24. *perversitas*, vid. supra עִקֵּשׁ.

b) DEFECTUM & VITIOSITATEM vel MORBUM CORPORIS INTENSUM: quomodo prima radicalis (-) habet. Faciunt hoc

בַּהֶרֶת *papula* vel *pustula* ex cute effulgens & promicans, vid. בָּהִיר.

גַּבַּחַת *recalvatio*, vid. גִּבֵּחַ.

דַּלֶּקֶת *febris ardentissima*, rad. *accendit: accensus fuit, arsit.*

יַבֶּלֶת *defluxus pilorum copiosus*, ut Arab. وابل & وابلة, rad. *fluxit, defluxit, profluxit.* Alii aliter.

יַלֶּפֶת vulgo *scabies* vel *impetigo*, Græc. ἀλφὸς, q.d. capillorum & cutis *cohæsio & conglutinatio firma*, rad. Arab. ולף alias אלף *adhæsit.*

סַפַּחַת *scabies, porrigo*, rad. *conjunxit*, in Pih. *scabie affecit*, al. *decalvavit* Jes. 3, 17. quomodo convenit Arab. transpos. סחף *abrasit crines.*

עַוֶּרֶת *cæcitas*, vid. עִוֵּר.

צָרַעַת *lepra*, incertæ originis.

קַדַּחַת *febris ardentissima*, rad. *accendit: accensus est, arsit.*

קָרַחַת *calvitium*, vid. supra קֵרֵחַ.

שַׁחֶפֶת *tabes, emaciatio intensa*, rad. Chald. *tabuit*, Arab. *tenuis ac macer evasit.*

Addunt quidam שַׁלֶּכֶת *dejectio, defluxus foliorum*, (qui est quasi *morbus* arboris) Jes. 6, 13. rad. *dejecit: dejecit se.* Aliis est Nomen Propr. ut 1 Chron. 26, 16.

§. IV.

Reliqua hujus Formæ exempla, sive Masculina sint sive Fœminina, sic se habent:

I, A

I. A Verbis *Transitivis*,

exprimunt ACTIONEM INTENSAM s. VEHEMENTEM & FREQUENTEM, eamque TEMPORIS INDEFINITI, vel ejus OBJECTUM & MEDIUM. Talia sunt:

אִגֶּרֶת *epistola*, vulgo ab אגר *collegit*, *congessit*, q. d. *collectio* variarum rerum. Sed potius significationem habet a rad. inusit. נגר, quæ apud Æthiopes superstes significat, *indicavit*, *annunciavit*, *narravit*, Formis Verborum Imperfect. alternantibus; sicut Synonymum סֵפֶר est a ספר *narravit*: ut jamdudum observavit A. MULLERUS GREIFFENHAG. de *quibusdam ad Philol. Orient. spectantibus* Septenar. II. Exercit. V.

אִשֶּׁה *assatio: assum*, *quod assatur*, ab inusit. אשה (Lat. *asso*) Arab. aliâ Formâ שוי *assavit carnem.*

דִּבֵּר Jer. 5, 13. Hos. 1, 2. & fœm. דִּבְּרָה *sermo*, *locutio*, *dictio frequens*, ex Pih. דִּבֶּר *locutus est*. Sed דּוֹבְרָה 1 Reg. 5, 23. *ratis*, quod per mare & flumina ducatur, tanquam ex Conjugatione *Pobel.*

דַּבֶּשֶׁת *gibbus cameli*, (pars, cui onus insidet,) sec. Hebræos a דְּבַשׁ *mel*, quod oneribus læsus & excoriatus melle sanari soleat: quam etymologiam satis ingeniosam judicat GUSSETIUS, sed longe petitam BOCHARTUS. Aliter ergo MAJUS ad COCCEI *Lex.* qui confert Arab. دبش *decorticatio*, *erosio*, quod oneribus decorticetur & erodatur. Videtur radici inusit. competere sensus *portandi & comportandi:* unde דְּבַשׁ *mel*, quod apes ex variis flo-

ribus *comportant*, & דַּבֶּשֶׁת pars dorsi camelini, qua onus *portatur*.

חִבֵּל *malus navis*, quod funibus firmiter ligetur, rad. *ligavit*.

חִלֵּק Jes. 57, 6. vulgo *levitas*, potius *divisio* vel (ut Vulgatus reddit) *pars*, ex Pih. חִלֵּק *divisit:* quia similia *Nomina Qualitatis* sub hujusmodi Forma masc. deficiunt.

כִּסֵּא, bis כִּסֵּה 1 Reg. 10, 19. Job. 26, 9. *solium*, sella tapetibus bene tecta, qualis est Regum & Judicum, ex Pih. כִּסָּה *texit, operuit*.

נִדָּח *expulsus*, unde pl. נִדָּחִים, quod aliis est Particip. Niph. rad. *expulit*.

נִצְּרָה *custodia accurata* Ps. 141, 3. rad. *custodivit*.

נִשֵּׂאת (pro נִשֶּׂאֶת) *donum, munus, oblatio*, ex Pih. נִשָּׂא *obtulit*.

סוֹלְלָה *agger, terra aggesta*, rad. *extulit, aggeravit*

עוֹלֵל *infans*, sec. HOTTINGERUM a *lactatione*, vid. עוּל. Sed quia עוֹלֵל passim a *lactente* (יוֹנֵק) distinguitur, ut 1 Sam. 15, 3. c. 22, 19. Jer. 44, 7. Ps. 8, 3. Thren. 2, 11. &c. ideo alii malunt referre ad Hebr. עלל *operatus est, egit*, q. d. *activus* & *ludicris occupatus*. Conf. Celeb. SCHULTENS *Orig. Hebr.* p. 211. Sed f. pl. עוֹלֵלוֹת *racemi, uvæ* vel *acini minuti*, similes parvulis adhuc lactentibus: unde Verbum novum in *Pohel* עוֹלֵל *racemavit*.

פֹּעַל Jes. 1, 31. *opus*, Metonym. *merces* Jer. 22, 13. rad. *operatus est, egit*.

צִפִּית

צִפִּית צפית *speculatio* (tertia radicali ה in Jod mutata, sicut in quibusdam fœm. Particip. Benoni, ut פּוֹרִיָּה, צוֹפִיָּה &c.) ex Pih. צִפָּה *speculatus est, observavit.*

צַפַּחַת *lecythus, ampulla*, Chald. טְפִיתָא, ab *implendo*, derivari potest ab Arab. טפח *replevit*, alias צפק *implevit*, in 2 Conjug. *transfudit vinum de vase uno in aliud.*

קִטֵּר *suffitus*, rad. קִטֵּר *adolevit, suffivit.*

קַלַּחַת idem quod transpos. Græc. χαλκίον, & Arab. حلقين *ahenum, olla*, quod est a rad. חלק *replevit*. A קלח Rabbin. *effudit*, deducit STOCKIUS in *Clave Hebr.*

רַחַם *commiseratio*, ex Pih. רִחַם *misertus est.*

שׁוֹטֵט *flagellum*, frequentis plagæ s. percussionis *Medium*, Jos. 23, 13. rad. שׁוּט, in *Pohel* שׁוֹטֵט proprie *cecîdit, secuit*, hinc *percurrit, peragravit;* vid. שׁוּט. Aliis est ipse Infinitivus.

שַׁחַת *perditio, corruptio*, ex Pih. שִׁחֵת *perdidit, corrupit.*

Huc referri potest תֹּאַר, (unde תָּאֳרוֹ Jes. 52, 14.) *forma*, alias תֹּאַר, rad. *formavit, delineavit.*

Sed minime huc pertinet שַׁבֵּחַ Eccles. 4, 2. quod exponi solet *laudans*, invitâ Formâ. Est potius Infinit. Pih. & subaudiendum Verbum finitum, ut alibi sæpissime.

* * *

II. A Verbis *Intransitivis*,

a) notant ACTIONEM & PASSIONEM INTEN-

SAM & FREQUENTEM, vel ejus SUBJECTUM & MEDIUM. Ut

אוֹבֵד Num. 24, 20, 24. quo etiam a quibusdam refertur Ps. 119, 176. *exitium intensum* i. e. *totale*, rad. *periit*. Aliis est Particip. Benoni, ut alibi.

אֹרְחָה *gressus frequens*, *iter*, Metonymice 1.) Subjectum *proficiscens*, *turba* vel *cohors proficiscens* Gen. 37, 25. Jes. 21, 13. quod tamen rectius refertur ad Sect. IX. c. 1. 2.) Medium *gressûs*, *via*, *semita*, rad. *iter fecit*, *profectus est*.

יוֹבֵל (sec. MASIUM formatum a JUBALE Musices inventore Gen. 4, 21. sec. HOTTINGERUM in *Analectis* Differt. III. ὀνοματοποιητικὸν,) a quibusdam vertitur *jubilatio*, *jubilum*: unde שְׁנַת יוֹבֵל *annus jubilationis* vel *jubilæus*, & sine שְׁנַת, יוֹבֵל Metonymice ipse *annus ille*, שׁוֹפַר vel קֶרֶן יוֹבֵל *buccina* vel *cornu jubilationis*, i. e. quo jubilatur &c.

לָחֵם (β), (unde Constr. לָחֶם Jud. 5, 8. cum (ֶ), sicut בֶּן Constr. pro בֵּן,) *oppugnatio*, *bellum vehemens*, rad. *pugnavit*, *oppugnavit*, *bellavit*. GUSSETIO est Infinit. Pih. cum (ֶ) pro (ֵ), sicut דַּבֶּר, כַּבֶּס & כַּפֶּר.

עַצֵּב Jes. 58, 3. Infinitivus Nominascens, *vehementer dolere* pro *dolore vehementi*, rad. *doluit*.

פִּלֵּט

(β) Compensato Dages f. per (ָ), sicut in בָּחוּר, בָּחוֹן & alibi ante ח, ut אֲחָבֵא, אֵחַר, דּוֹחָה, הָחֵי, הִתְרָחֵץ, יֵחַת &c.

פַּלֵּט *refugium frequens*, ut exponi poteſt Pſ. 56, 8. rad. *evaſit, effugit*. Aliud vid. ſtatim.

צַלַּחַת idem quod צֵלָחָה *paropſis, ſcutella.*

שׁוֹבֵבָה *averſio frequens: frequenter averſa, inconſtans* Jer. 31, 22. rad. שׁוּב *redire, ſe avertere.*

שָׁרֵת *miniſterium*, ex Pih. שֵׁרֵת *miniſtravit.*

b) Exprimunt ACTIONEM TRANSITIVAM ex Conjugatione *Kal Intranſitiva.*

בָּעֵר Jeſ. 4, 4. c. 5, 5. c. 6, 13. *accenſio, combuſtio*, ex Pih. *accendit, combuſſit*, in Kal Intranſit. *arſit, combuſtus eſt.*

מִלֵּאת (pro מִלֵּאת) Cant. 5, 12. *impletio*, ex Pih. מִלֵּא *implevit*, in Kal *impletus fuit.*

פַּלֵּט *liberatio, ereptio*, ex Pih. *eripuit, liberavit*, in Kal *evaſit, elapſus eſt.*

קוֹמְמִיּוּת Levit. 26, 13. *ſtatus erecti*, (conf. Sect. IV. §. 4.) hinc Adverb. *erecte*, formatum eſt ab inuſitato קוֹמֵם cum Jod paragog. קוֹמְמִי *erectio: erectus*, (ſicut ab אַכְזָרִי fit אַכְזְרִיּוּת) ex Pih. קוֹמֵם *erexit*, in Kal קוּם *ſtetit.*

רִבֵּעַ *quarta generatio: quartanus*, q. d. *quadruplicatio generis*, formatum ab אַרְבַּע *quatuor.*

רוֹמְמָה & רוֹמְמוּת *exaltatio, elatio*, ex Pih. vel Pohel רוֹמֵם *extulit, exaltavit*, in Kal *altus fuit*. Sed רוֹמֵמָה Pſ. 118, 16. judice COCCEJO, potius eſt Benoni a רמם.

שִׁלֵּם

שִׁלֻּם *retributio*, ex Pih. *complevit*, *exæquavit*, *retribuit*, in Kal *integer*, *perfectus*, *completus fuit*.

שִׁלֵּשׁ *tertia generatio*, q. d. *generatio triplicata*, ex Pih. שִׁלֵּשׁ *triplicavit*.

שִׁמֵּם *desolatio*, al. *stupor* Dan. 8, 13. sic fœm. שׁוֹמֵמָה & שְׁמָמָה (pro שִׁמְמָה excidente Dages f.) *desolatio: desolatum*, ex Pih. שׁוֹמֵם *desolavit*, *devastavit*, in Kal *desolatus fuit*, it. *stupuit*.

§. V.

Secunda *Dagessatorum* Forma פַּקּוּד vel פִּקּוּד similiter vel INTENSIVA est & FREQUENTATIVA Formæ *Levis* פָּקוּד & פְּקוּד, vel Verbalia format *Significationis Transitivæ*, si Kal sit *Intransitiva*, ejusdem tamen naturæ cum Forma פָּקוּד & ׳ . פְּק.

§. VI.

Singula exempla in sequentes classes dispescimus.

I. A Verbis *Transitivis*, tam Masculina quam Fœminina notant

ACTIO-

ACTIONEM INTENSAM & FREQUENTEM, eamque *Temporis Præteriti*; vel ejus OBJECTUM & MEDIUM. Talia sunt

אַתּוּק, vid. infra אַתִּיק.

בַּחוּן, sec. Kethibh בַּחִין Jes. 23, 13. *specula*, *turris*, *explorationis diligentis* Medium, rad. *exploravit.*

בָּחוּר *juvenis*, in plur. בַּחוּרִים, vulgo ad בחר *elegit*, refertur, q. d. *homo ætatis selectissimæ:* & sic conf. מִבְחָר de *re optima*, & contrà Eccles. 12, 1. Arab. scribitur بكر per ב, cujus radix est בכר *præcessit*, *prævertit*.

גִּדּוּפִים & גִּדּוּפֹת *contumeliæ*, *convitia*, ex Pih. גִּדֵּף *convitiatus est*, *probris affecit.*

זֵרוּעַ *satio*, q. d. *sparsio frequens: satum* Levit. 11, 37. rad. *serere.*

חִבּוּק *complicatio firma*, ex Pih. חִבֵּק *firmiter complicuit*, *amplexatus est.*

חִשֻּׁקִים *canthi*, *peripheriæ rotarum*, q. d. *cincturæ firmæ*, al. *modioli*, (vid. COCCEJUS in *Lexico*,) ex Pih. חִשֵּׁק *arcte cinxit*, *amplexatus est.*

חִשֻּׁרִים vulgo *radii rotæ*, quod sint *consociati*, potius *modioli*, q. d. *congregationes radiorum*, in quibus radii concurrunt, rad. Arab. *congregavit*, *collegit.* Alii conferunt Hebr. קשר *ligavit*, *colligavit.*

חִתּוּל *fascia*, *arctæ ligationis & involutionis* Medium, rad. *ligavit*, *fasciis involvit.*

כִּיּוּן Amos. 5, 26. *aptatio, paratio*, (unde כיון צלמים *formatio simulacrorum*, h. e. *simulacra formata*, Græc. τύποι Act. 7, 43.) vel sec. alios, *theca, loculamentum*, (γ) rad. כון in Pih. *aptavit, paravit, stabilivit.*

כִּפֻּרִים *expiationes*, ex Pih. כִּפֵּר *expiavit.*

נִקֻּדִים 1 Reg. 14, 3. *panes* vel *placentæ punctis signatæ*, quibusdam *panes biscocti, biscuit*, HILLERO in *Hierophyt.* Part. II. pag. 175. *panes maculis notati*, quas præbuerint inspersa panibus sesami, papaveris vel melanthii semina: variis enim seminibus sparsos olim panes, memorat PLINIUS *Histor. Nat.* Lib. V. c. 25. & 30. & hodienum spargi apud Orientales, testatur ANGELUS a S. JOSEPHO in *Gazophylac. Pers.* p. 250. Vid. נָקוֹד.

סִפֻּן *tegmen, laquear* 1 Reg. 6, 15. rad. *obtexit, tabulavit.*

פִּקֻּדִים *mandata, commissa*, rad. *mandavit, commisit.*

פִּתּוּחַ *sculptura*, ex Pih. פִּתַּח *sculpsit* 2 Chron. 2, 6. in Kal *aperuit.*

צִבֻּרִים *coacervationes: acervi congesti*, rad. *congessit, coacervavit.* צִבֵּר

(γ) *Appellativum* esse, defendunt MARUS in pec. Diss. de *Kijun & Remphan*, & A. KROMAYERUS in *Fontibus S. S. apertis* ad l. c. Vulgo enim pro *Proprio* haberi solet, unde ortum volunt Græc. ῥεμφὰν Act. 7, 43. Ab Arab. كان *fuit*, deducit STEPH. LE MOYNE in Dissertat. ad Jer. 23, 6. c. 2. §. 11. Quibusdam idem est cum Græco κύων i. e. *Sirius*, *Canis cœlestis major*, quem Ægyptii summa veneratione prosequebantur. De derivatione Viri cujusdam docti ex lingua Sinica, vid. *Histor. Crit. Reipubl. Literar.* Tom. II. p. 143. Aliorum sententias recensent PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* ad Amos. 5. BRAUNIUS in *Selectis S.* Lib. IV. c. 9. GLASSIUS in *Philologia S.* p. m. 1375. seq. ZOBGA in pec. Dissert. de h. v. habita Lipsiæ an. 1686. GOTTL. IAHN in duabus Dissert. Witteb. an. 1705. & alii.

צִיּוּן *signum, monumentum*, a צַיֵּן Chald. *signare, designare*. Sed HOTTINGERO est ab Arab. صان *custodivit, reposuit.*

צִפּוּי *obductio: tectorium*, quo aliquid obducitur, ex Pih. צִפָּה *obduxit, obtexit.*

קִבּוּצִים *congregationes: catervæ congregatæ*, ex Pih. קִבֵּץ *collegit, congregavit.*

קִשֻּׁרִים *redimicula, tæniæ, fasciæ*, genus ornamenti muliebris, ex Pih. קִשֵּׁר *firmiter ligavit, colligavit;* conf. Jes. 49, 18.

רִקֻּחִים *unguenta bene mixta*, rad. *aromata miscuit, unguenta confecit.*

רִקֻּעִים *diductiones, expansiones* Num. 17, 3. ex Pih. *diduxit, expandit*, spec. *malleo.*

רַתּוּק, sec. literas רַתִּיק, 1 Reg. 6, 21. *ligatio firma*, i. e. *catena*, qua firmiter ligatur, rad. *vinxit, catenis ligavit.*

שִׁלּוּחַ 1.) *dimissio*, 2.) *missio muneris: munus missum*, rad. in Pih. *misit, dimisit, remisit.*

שִׁמֻּרִים *observationes diligentes* Exod. 12, 42. rad. in Pih. *diligenter observavit.*

* * *

II. A Verbis *Actionis Intransitivæ* & *Passionis*,

a) exprimunt ACTIONEM & PASSIONEM TEMPORIS PRÆTERITI INTENSAM & FREQUENTEM; vel ejus SUBJECTUM, ut

אַלּוּף 1.) in genere *familiaris*, *amicus*, *socius*, alterius consuetudini *assuetus*, Mich. 7, 5. Ps. 55, 14. &c. spec. respectu uxoris, *maritus* Jer. 3, 4. Prov. 2, 17. 2.) *dux*, *dominus*, *præfectus:* de qua denominatione vid. ALB. SCHULTENS in *Animadv.* ad Prov. 2, 17. & ad Jer. 13, 21. Ab אֶלֶף *mille*, sic descendere & proprie *Chiliarchum* notare, sententia est BOCHARTI in *Geograph. S.* p. 742. Idumæis hac significatione pene fuisse peculiare, observat GUSSETIUS p. 69. 3.) *bos*, *jugum pati edoctus & assuetus*, alias אֶלֶף, 4.) כֶּבֶשׂ אַלּוּף Jer. 11, 19. *ovis mansuefacta* vel *assuefacta*, quam quis a teneris educatam sibi assuefecit, (conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 520. seq.) rad. *didicit*, *assuevit*, Arab. *mansuefactus est*.

אַשּׁוּר *gressus*, *incessus*, ex Pih. אִשֵּׁר *incessit*. Sed אַשּׁוּר esse *crus*, ab *erecta statione* dictum, contendit M. MEIBOMIUS in *Interpret. Nov. Specim.* III. p. 14. Aliud vid. infra.

בַּטֻּחוֹת pl. *fiduciæ*, *securitates maximæ*, q. d. *innixiones firmæ*, rad. *confisus*, *innixus est*.

חַבּוּרָה Intensivum *Levis* חֲבוּרָה *vibex*, *livor*, quod vid. 78.

חַמּוּקִים Cant. 7, 2. varie exponitur, vulgo *vertebræ*, al. *ambitus*, rad. vulgo *vertit se*, *divertit*, al. *circumeundo se subduxit*.

נִאֻפִים *adulteria frequentia*, ex Pih. נִאֵף *frequenter adulteratus est*, *mœchatus est*.

נִחֻמִים *pœnitentiæ*, *pœnitudines vehementes*, rad. *pœnituit*. Aliud vid. infra.

b) ACTIO-

b) Indicant ACTIONEM TRANSITIVAM ex Conjugatione *Kal Intransitiva*, eamque *Temporis Præteriti*; vel ejus OBJECTUM.

בִּכּוּר f. בִּכּוּרָה & בַּכּוּרָה *fructûs productio prima: fructus primum productus & præcox*, ex Pih. *præcoces fructus tulit*, in Kal inusit. *præcessit, prævertit.*

בִּעוּתִים *terrores, perturbationes*, ex Pih. *terruit*, in Kal inusit. *horruit, timuit*, ut Syr.

גִּלּוּלִים *idola*, q.d. *stercorata, stercorea*, alludere volunt ad גָּלָל *stercus*; quamvis ex mente idololatrarum ejus radix potuerit esse Arab. גלל *magnus, illustris fuit, dignitate eminuit*, in 4 Conjug. *magnum & illustrem habuit: reveritus fuit, magnificavit.*

הִלּוּלִים *laudes* Levit. 19, 24. rad. in Pih. *laudavit*, q. d. *conspicuum, illustrem reddidit*, in Kal *splenduit, conspicuus fuit.*

טִפֻּחִים Thren. 2, 20. *educationes*, ex Pih. טִפַּח *palmis tractavit* vel *gestavit, educavit* ibid. v. 22. a טֶפַח *palmus.*

לִמֻּד & לִמּוּד *doctus, assuefactus*, rad. in Pih. *docuit, assuefecit*, in Kal *didicit, assuevit.*

מִלּוּא f. מִלֻּאָה *impletio, insitio*, rad. in Pih. *implevit*, in Kal *plenus fuit*: hinc אבני מלואים *gemmæ impletionum*, i.e. quibus palæ f. fossulæ pectoralis implebantur, Exod. 25, 7. & איל מלואים *aries impletionum*, h. e. quo manus Sacerdotis implebantur c. 29, 22, 26. coll. v. 9, 24. &c.

נִחֻמִים, & נִחוּמִים Zach. 1, 13. (cum Dages Euphonico; sed sine eo in plerisque Codicibus se reperisse testatur idque

emendatius putat MERCERUS ad PAGNINI *Thesaurum* p. 1584.) *consolationes*, ex Pih. *consolatus est*.

עִמּוּר *columna*, qua aliquid stabilitur & firmatur, ex Pih. inusit. *stabilivit*, *statuit*, *stare fecit*, (ut Hiph.) a Kal Intransit. *stetit*.

עֻצְמָה Jes. 41, 21. *corroboratio*, *roboramentum: defensio*, (ut Arab. عصمة,) rad. *robustus*, *firmus fuit*, unde Pihel foret, *firmum fecit*, *corroboravit*; sed in hac significatione non occurrit.

צִמּוּקִים *uvæ passæ*, *uvæ arefactæ & siccatæ*, ex Pih. inusit. *arefecit*, *siccavit*, in Kal *aruit*.

שַׁכּוּל f. שַׁכּוּלָה, *orbatus*, (non Active, *orbans*; conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 813.) sed שִׁכֻּלִים *orbationes*, rad. in Pih. *orbavit*, in Kal *orbus fuit vel evasit*.

שִׁלּוּם vel שִׁלֻּם f. שִׁלֻּמָה idem quod שִׁלֵּם *retributio*.

שִׁקּוּי pl. שִׁקּוּיִים, & שִׁקֻּיִם Ps. 102, 10. *irrigatio: potus, quo irrigatur*, ex Pih. inusit. שִׁקָּה *irrigavit*, *bibendum dedit*, (ut Hiphil,) unde & Pyhal שֻׁקָּה *irrigatus est*.

שִׁקּוּץ *abominatio*, ex Pihel שִׁקֵּץ *abominatus est*.

* * *

III. A Verbis *Qualitatis*, notant QUALITATEM INTENSAM, vel ejus SUBJECTUM. Pertinent huc

אִשּׁוּר

אִשּׁוּר Ezech. 31, 3. species *cedri*, (אֶרֶז בַּלְּבָנוֹן vocatur l. c.) a *summa rectitudine* sic dicta, MEIBOMIO in *Interpret. Nov. Specim.* III. p. 1. & 16. *cedrelate*, *cedrus* amplissima & recto caudice maxime procera. Vid. suo loco אִשּׁוּר & אָשַׁר. Vulgo eadem arbor putatur cum תְּאַשּׁוּר, quam *buxum* esse volunt, cui vero notio *rectitudinis* parum convenit. HILLERUS confert Arab. أثر *crispantis materiæ nitor*, qualis appareat in duabus arboribus *buxo* & *acere*.

חִדּוּר *acumen maximum*, rad. *acutus fuit*.

חִלּוּק *levitas maxima*, rad. *levis fuit*.

חַנּוּן *summe misericors & gratiosus*, rad. *gratiosus fuit*, *misertus est*. Ejus *Leve* est Propr. חָנוּן 2 Sam. 10, 1. Neh. 3, 13, 30.

חָרוּץ 1.) *solertia summa* Prov. 12, 27. 2.) *summopere solers* c. 10, 4. vid. *Leve* חָרוּץ Sect. II. p. 65.

טַבּוּר Lat. *tuber*, *collis*, *mons*, ut Sam. טבר, Arab. transpos. טרב *collis*, טמאר *locus elatior*. & *prominens*, Æthiop. דבר *mons*, Aram. & Arab. טור id.

מַלּוּחַ herbæ species, a *summa acrimonia*, quibusdam eadem cum Græc. *μαλαχὴ*, DRUSIO in *Quæst. Hebr.* Lib. I. qu. 17. BOCHARTO in *Hieroz.* Part. I. col. 872. seq. & aliis, eadem cum Græc. *ἅλιμα*; vid. & HILLERUS in *Hierophyt.* Part. I. c. 56.

עִזּוּז *fortissimus*, rad. *fortis fuit*.

עַתּוּד *hircus*, a *maxima alacritate*, qua gregem ut dux præcedit Jer. 50, 8. unde Metaphor. *dux*, *antistes*

Jes.

Jes. 14, 9. ut Arab. كَبْش; vel, ut BOCHARTO videtur, sic dicitur, quod *paratus* sit ad lanienam, ad commercia, ad coitum, ad præcedendum gregem, & ad alia hircorum munia obeunda: rad. Arab. *paratus*, *promtus fuit*, unde Pih. Hebr. *paratum fecit*, *paravit*.

פִּגּוּל Levit. 7, 18. *impuritas*, *fœditas maxima*, rad. Chald. *fœtuit*, pro quo בחל Æthiop. *impurus fuit*, Arab. in 5 Conj. *cibus fœdus fuit*, ג & ח permutatis.

פַּקֻּעוֹת pl. 2 Reg. 4, 39. *cucurbitæ sylvestres*, *colocynthides*, sic dictæ vel ab *intensa flavedine*, vel ab *incisis* s. *fissis foliis*, rad. Aram. *scissus*, *fissus fuit*, Arab. *valde flavus fuit*.

קִשֻּׁאִים Num. 11, 5. *cucumeres*, ita dicti, quod concoctu sint *difficillimi*, a קשה *gravis*, *difficilis*, *durus fuit*; sed Forma est a קשא.

קַשּׁוּב, unde fœmin. קַשֻּׁבָה, *maxime attentus*, rad. *attentus fuit*, *attendit*.

רַחוּם *summe misericors*, rad. *misericors fuit*, *misericordia & amore affectus fuit*, hinc Transit. *dilexit*, in Pih. *misertus est*.

§. VII.

Tertia DAGESSATORUM Forma פִּקִּיד, quæ INTENSIVA est & FREQUENTATIVA Formæ *Levis* פָּקִיד & פְּקִיד, sic se habet:

I. A

I. A Verbis *Transitivis*,

notat ACTIONEM TEMPORIS PRÆTERITI INTENSAM & FREQUENTEM; (sed sic semper Metonymice sumitur pro ACTIONIS MEDIO,) vel exprimit OBJECTUM ejusmodi ACTIONIS. Pertinent huc sequentia exempla:

אַסִּיר *firmiter, arcte vinctus*, Intensivum *Levis* אָסִיר.

אַצִּיל *axilla*, thoraci & dorso firmiter adjuncta; vid. אֵצֶל & conf. כָּתֵף.

אַתִּיק vulgo *peristylium*, genus columnæ; vid. COCCEJUS in *Lexico.* Vulgo ad נתק referunt, sed sensu longius petito.

פַּטִּישׁ *dilatatio ferri*, h. e. *malleus*, quo ferrum dilatatur & diducitur, Arab. فطّيس, cujus radix est, *dilatavit* (ferrum,) alias فطش, Aram. transpos. פשט *extendit, dilatavit*, Hebr. *extendit, diffudit: extendit* vel *diffudit se.*

צַפִּיחִית idem quod Arab. طَبِيخ *placenta bene cocta*, cujus radix est, *coxit, assavit;* conf. עֻגָה & לְבִיבוֹת. Aliis sic dici videtur a rad. Arab. צפח *dilatavit.*

שַׂכִּין, Chald. סַכִּין, *culter, gladius, jugulationis* Medium, Prov. 23, 2. transpositum pro נַכִּים, a rad. Aram. נכס *jugulavit, occidit*, Arab. נכת *confodit:* qualis transpositio etiam obtinet in סוֹכֵן & נֶכֶס. Sed quibusdam שַׂכִּין est

 plur.

plur. Chald. pro שַׂכִּים *cultri*, ab *acumine*, coll. שַׂךְ & שֻׂכָּה.

שָׂרִיג idem quod Arab. شَرَغ, *palmes vitis*, quod habeat capreolos *valde implicatos*, rad. *implicuit*, *intricavit*.

II. A Verbis *Actionis Intransitivæ* & *Passionis*,

a) indicat bis SUBJECTUM, semel MEDIUM ACTIONIS TEMPORIS PRÆTERITI INTENSÆ ET FREQUENTIS.

בָּרִיחַ Jes. 43, 14. Intensivum *Levis* בָּרִיחַ, h. e. *fuga celeri elapsus*, *qui celeriter aufugit*, ut optime exponit VITRINGA: nam vulgo ab aliis ad significationem *vectis* refertur.

עַתִּיק 1 Chron. 4, 22. Intensivum *Levis* עָתִיק.

רָהִיט Cant. 1, 17. vulgo *ambulacrum*, per quod curritur & ambulatur, al. *tubulus aquarum pluvialium*, *incile*, *impluvium*, per quod aqua pluvialis currit; vid. רַהַט. Sed Kethibh habet רָחִיט, cum ח, quod HILLERUS transpositum putat ex טָרִיחַ, conferens radicem טרח Job. 37, 11. Conferrem ego Arab. طَرَخَ vel طَرْخَة *aquæ receptaculum*, *ubi aqua colligitur ad exitum canalis*.

b) Exprimit semel OBJECTUM, bis MEDIUM ACTIONIS TEMPORIS PRÆTERITI TRANSITIVÆ, ex *Kal Intransit.*

כָּשִׁיל

כַּשִּׁיל *prostratio*, i.e. *securis*, qua arbores prosternuntur, ex Pih. כַּשֵּׁל *corruere fecit*, *prostravit*, in Kal *corruit*, *lapsus est*.

לַפִּיד *fax*, *illuminationis* Medium, conferri potest cum Arab. لمر *splenduit*, *lucidus fuit vel factus est*, (Græc. λάμπω.) permutatis מ & פ: unde Pih. Hebr. foret, *splendere fecit*, *lucidum fecit*, *illuminavit*.

עַתִּיק Jes. 28, 9. *remotus*, *ablatus*, tanquam ex Pih. inusit. *transtulit*, *abstulit*, (sicut in Hiph.) in Kal *processit*, *translatus*, *provectus est*.

III. A Verbis *Qualitatis*, notat SUBJECTUM QUALITATIS INTENSÆ. Exempla sunt:

אַבִּיר 1.) *valde robustus*, 2.) *valde durus* Jes. 46, 12. Ps. 76, 6. Intensivum *Levis* אָבִיר.

אַדִּיר *prævalidus*: *valde magnus*, *magnificus*, rad. *amplus*, *validus*, *magnus*, *excellens fuit*.

אַמִּיץ *valde robustus*, rad. *fortis*, *robustus fuit*.

הָרִי, unde fœmin. pl. הָרִיּוֹת deduci potest; vid. tamen supra p. 375.

יַקִּיר *valde pretiosus*, *carus*, rad. *carus*, *pretiosus fuit*.

כַּבִּיר *valde magnus* sive *potentia* sive *numero*, rad. *magnus fuit* vel *potentia* vel *numero*.

סַפִּיר *sapphirus*, a *summo splendore*, rad. Arab. *micuit*. Sed סַפִּיר potius esse *lapidem lazuli*, pluribus con-

tendit I. G. BAIERUS in Differt. de *Sapphiro S. S.* hab. Altdorfi an. 1705.

סָרִיס, quoties (ֽ) non mutat, ut Gen. 40, 2. huc pertinet, alias *Leve* est.

עַלִּיז f. עַלִּיזָה, *vehementer lætus*, rad. *lætus fuit*.

פָּרִיץ (cum (ֽ) immutabili) Intensivum *Levis* פָּרִיץ, quod vid. p. 109.

צַדִּיק *exquisite justus*, rad. *justus fuit*. Sed Jes. 49, 24. commodius exponitur *violentus*, *fortis*, ut Arab. صَدُوق, vel ut reddit VITRINGA in *Commentar.* ad l. c. *severus*, *ferox*: pro eo enim v. seq. recurrit גִּבּוֹר & עָרִיץ: quam *rigoris & severitatis* significationem ex Arabiæ penetralibus radici צדק prolixe vindicavit Vir in his literis princeps ALB. SCHULTENS de *Defectibus linguæ Hebr.* c. 1. §. 217. seq.

צַמִּים Job. 5, 5. c. 18, 9. idem significat, quod פָּרִיץ & עָרִיץ, *violentus*, *tyrannus* vel *latro*, coll. rad. Arab. צמם *fuste vel lapide percussit*, & per Dad, in 10 Conjug. *oppressus fuit*, alias ضام *defraudavit*, *oppressit*, *injuriam fecit*, Samar. התצמצם *afflixit*, Arab. ضَيْم *fortis*. Sic vero conferenda sunt, quæ de Verbis *roboris & violentiæ* diximus Sect. I. §. 8. reg. 3. Supponendum ergo, radicem inusit. צמם proprie significasse, *validus*, *violentus fuit*: hinc *violenter tractavit*, quod fit *opprimendo*, *affligendo*, *percutiendo*.

שַׂגִּיא *valde magnus*, rad. *multum*, *magnum esse vel fieri*, *augeri*, *crescere*.

שִׁלִּים

שַׁלִּיט *valde potens, potestatem habens, dominus;* vid. suo loco שֶׁלֶט.

תַּנִּין idem cum תַּן, quod vid. Sect. IX. c. 2. Semel תַּנִּין est plur. more Chaldaico, a sing. תַּן, Thren. 4, 3. contrà semel pro תַּנִּין occurrit תַּנִּים ut singulare Ezech. 29, 3.

תַּקִּיף *valde fortis, prævalidus,* rad. *fortis fuit:* hinc Transit. *violenter tractavit, oppressit.*

§. VIII.

Sequitur Forma פַּקּוֹד vel פִּקּוֹד, quæ similiter INTENSIVA est & FREQUENTATIVA Formæ *Levis* פָּקוֹד & פְּקוֹד.

I. A Verbis *Transitivis,* notat ACTIONEM TEMPORIS INDEFINITI INTENSAM ET FREQUENTEM, vel ejus OBJECTUM & MEDIUM. Obtinet hoc in sequentibus:

בַּחוֹן Jer. 6, 27. (Dages f. ante ח compensato, conf. supra not. β) idem quod בַּחַן *specula, explorationis diligentis* Medium.

יִלּוֹד *natus, qui nascitur,* tanquam ex Pih. *frequenter genuit,* (in hac tamen significatione inusitat.) unde Pyh. יֻלַּד *genitus, natus fuit.*

יִסּוֹר Job. 40, 2. *redargutio, correptio, eruditio,* ex Pih. *erudivit, corripuit.*

כִּנּוֹר *cithara*, conferunt Græc. *κινύρα*, unde aliis *psalterium* est, LIGTFOOTO ex JOSEPHO *viola nostra*, *Violin*, LUDOLFO in *Lex. Æthiop.* col. 300. Hackbret. Convenit Arab. transpos. كَرَّان *chelys*, it. *sambuca*, *psalterium*.

מָאוֹס *contemtus*, Metonym. *contemtûs* Objectum Thren. 3, 45. rad. *contemsit*, *respuit*.

צִנּוֹר idem quod Arab. transpos. نَاصُر *canalis locusve, per quem aqua in alveum fluit*, spec. *canalis major* quam תְּעָלָה, rad. Arab. נצר *abunde rigavit* pluvia.

רַתּוּק idem quod רַתּוֹק *catena*.

II. A Verbis *Actionis Intransitivæ*,

a) notat SUBJECTUM ACTIONIS TEMPORIS INDEFINITI INTENSÆ & FREQUENTIS: quod fit in sequentibus.

בַּגּוֹי pl. בַּגּוֹיִם Hab. 1, 5. sec. HOTTINGERUM in *Smegm. Orient.* p. 105. & POCOCKIUM in *Notis Miscell.* c. 3. (quos sequuntur NOLDIUS in *Concord. Part.* p. 875. Celeb. SCHWARZIUS in *Additam.* ad OLEARII Dissertationem de *Stylo N. T.* p. 356. & Doctiss. RUS in Differt. de *Accentuum Hebr. Usu* p. 41.) huc pertinet & significat *eum*, *qui a vero & justo frequenter deflectit & exorbitat*, sive *transgressorem*, a rad. Arab. بغا (unde Lat. *pecco*,) *modum transgressus fuit*, *exorbitavit*, *a vero & justo deflexit*, mutata tertia radicali in Jod: sic enim intellexerunt LXX. & Apostolus Act. 13, 41.

כַּפּוֹן

כַּמּוֹן *cuminum*, sic dictum a *latendo* vel *condiendo*, rad. Arab. *latuit, delituit*, Syr. *sale condivit.*

צִפּוֹר *avis*, a *frequenti saltu* per arborum ramos, vid. צִפִּיר Sect. IX. c. 2. sec. MAJUM a *cantu sibiloso*, rad. Arab. *sibilavit, sibiloso sono cecinit* (avis). Sed a Chald. צְפַר *mane*, deducit BOCHARTUS, quod solenne sit avibus summo mane surgere, cum feræ tum altum dormiant Ps. 104, 22.

קִפּוֹד *bistrix* vel *erinaceus*, ab *horridis aculeis*, rad. Syr. *horruit, horripilavit. Noctuam* esse, post alios contendit HILLERUS in *Hierophyt.* Part. I. p. 149. seq. Plures conjecturas recensent FULLERUS in *Miscell. S.* Lib. I. c. 18. & BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. Lib. III. c. 36.

קִפּוֹז sec. eundem BOCHARTUM l. c. Part. II. Lib. III. c. 11. & in *Phaleg* p. 116. *serpens jaculus*, a *saltu* sic dictus, quo in arbores & in viatores irruit, rad. Chald. & Arab. *subsiliit, insiliit*, alias קפש, Hebr. קפץ.

b) Format *Verbalia Significationis Transitivæ*, ex *Kal Intransit.* quod saltem factum in his duobus:

מִלּוֹא *locus oppletus* h. e. *terrâ & lapidibus aggestus*, ex Pih. מִלֵּא *implevit*, in Kal *impletus fuit.*

תִּמֹּרָה (pl. ־ִים & ־וֹת) q. d. *palmatio: palma factitia*, formatum a תָּמָר *palma*, ad modum Conjugationis Pihel.

III. A Verbis *Qualitatis*,

notat SUBJECTUM QUALITATIS INTENSÆ, ut

גִּבּוֹר

גִּבּוֹר *valde fortis, heros*, rad. *fortis, validus fuit.*

כִּיּוֹר *plane rotundum* quid, ut 1.) *labrum rotundum* Exod. 30, 18. 2.) *suggestus rotundus* 2 Chron. 6, 13. 3.) *focus s. pyra rotunda* Zach. 12, 6. Vid. כִּיר Sect. II. p. 135.

קַנּוֹא *summe zelotypus, vehementer æmulus*, rad. *æmulus, zelotypus fuit: æmulatus fuit*, proprie coll. Arab. *vehementius rubuit, facie flammante quasi præ fervore & zelo*, observante Doctiss. SCHULTENS in *Notis* ad HARIRIUM p. 102.

רִבּוֹא (pl. רִבֹּאוֹת, & רִבֹּאוֹת vel א exspirante, רִבּוֹת, ex Syrismo pro רִבְּאוֹת, abjecto Cholem, vel a sing. inusit. רִבְּאָה ex prima *Dagessatorum* Forma,) *myrias*, numerus *maximus*, alias רְבָבָה, a rad. רבה *multus, magnus fuit*, Formis Verborum Imperfect. alternantibus: unde & sine א, רִבּוֹ Jon. 4, 11. 1 Chron. 29, 7. Aliud est רִבּוֹת (cum ת fœm. sing.) unde Dual. רִבֹּתַיִם *duæ myriades* Ps. 68, 18. quod est a רבב, & ad Sect. præced. c. 2. pertinet.

שִׁכּוֹר *valde ebrius, ebriosus*, rad. *ebrius fuit vel factus est*. Possent tamen קַנּוֹא & שִׁכּוֹר quoque referri ad præced. classem II. a)

§. IX.

Huc a KIMCHIO in *Michlol* fol. 50. b. (edit. Constant.) & DANZIO in *Literatore Ebræo-Chald.* p. 259. seq. referuntur Nomina quædam, quæ Vocalem brevem Chirek primæ radicalis & Dages forte secundæ radicalis in Chirek longum resolvunt.

§. X.

§. X.

Quæcunque autem ejusmodi resolutionem admittunt, peculiaris quoque sunt significationis. Respondent enim Formæ *Levi* פִּקְּדָה, (vid. Sect. II. p. 168. not. ε) ejusdemque significationis sunt cum Forma *Dagessata* פִּקְּדָה a Verbis *Actionis* & *Passionis*, de qua infra §. 12. Exprimunt scil. ACTIONIS INTENSÆ ET FREQUENTIS EFFECTUM; sed fere semper Metonymice pro MEDIO EFFECTUS accipi solent. Exempla sunt

אִישׁוֹן *pupilla, medium oculi*, Metaphorice *medium noctis*, sicut Arab. بؤبؤ *(pupilla)* vocatur *medium præcipuumque* omnis rei, monente Celeb. SCHULTENS de *Defectibus L. Ebr.* c. 1. §. 260. & 261. Inde factum Arab. انسان, quod præter *hominis* significationem (ab Hebr. אֱנוֹשׁ) etiam *pupillam* notat, cujus rad. انس in 4 Conj. *vidit, spectavit*: unde *pupilla* dicta a *videndo*, quia est *Medium* s. *Organon visus*, in qua omnis videndi vis consistit (δ).

Hhh כִּידוֹן

(δ) Vulgo ab אִישׁ deducunt, cujus sit *Diminutivum*, q. d. *virunculus*, in pupilla scil. apparens, sicut Græc. κόρη, ἄνδριον & ἀνδρίσκος, Lat. *pupilla* q. d. *parva pupa*. Sed 1.) terminatio וֹן minime est *Diminutiva*, vid. Sect. VIII. §. 3.

כִּידוֹן genus *hastæ*, *lancea*, ita dicta, quod homo sese eâ contra vim hostilem *protegat* & defendat, rad. Æthiop. כרן *texit*, *protexit*. Convenit Arab. قَيْن *hasta*, *lancea*. Hæc explicatio de *lancea* bene quadrat Jos. 8, 18, 26. sed significatio radicis & vicinitas Latini *cudon* magis *galeæ* convenit; vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 135. sq. GUSSETIUS p. 381. & WICHMANSHAUSEN in Diss. de *armatura Goliathi* §. 8. HIERONYMUS *clypeum* vertit, quod contra BOCHARTUM defendit CLERICUS ad Jos. 8, 18. & ad 1 Sam. 17, 6.

כִּידוֹר Job. 15, 24. *bellum, invasio vehemens, irruptio hostilis*, rad. Arab. *præceps ruit effususque fuit in aliquem.* Conf. קְרָב.

כִּישׁוֹר *verticillum*, q. d. *directio fusi*, ex inusit. Pih. כִּשֵּׁר *direxit*, in Kal *rectus fuit.*

צִינוֹק idem quod Arab. زِنَاق *compes*, qua pedes arcte & firmiter religantur, rad. Arab. זנק *compedibus constrinxit*, Sam. צנק *coarctavit, clausit.*

קִיטוֹר *fumus, vapor*, rad. *fumare*, vel *adolere, suffire.* Conf. קְטֹרֶת & עָשָׁן.

תִּמּוֹר Ezech. 40, 22. idem cum תִּמּוֹר, quod vid. suprà p. 421.

Huc

§. 3. 2.) Nun finale radicale esse, patet ex Synonymo אֱשׁוּן Prov. 20, 20. 3.) Aliud est imaguncula in pupilla apparens, aliud pupilla ipsa; & ut bene BUXTORFIUS & CASTELLUS monent, quis *virunculus* conspicitur in *nigredine noctis*, quæ etiam אִישׁוֹן vocatur?

Huc vero inconvenienter refertur vexatissimum illud שִׁילֹה Gen. 49, 10. (quasi sit a שלח,) quod neque quoad Formam, (ob ה quiesc.) neque quoad significationem hîc sui simile habet.

§. XI.

Quinta denique Forma DAGESSATORUM ex *Pibel* descendentium, פַּקָּד vel פִּקֵּד, nova indagatione ex parte non eget. Jam dudum enim observatum est, Masc. פַּקָּד vel פִּקֵּד a *Verbis Actionis*, exprimere NOMEN ACTORIS, sive ACTIONIS SUBJECTUM *intensive* h. e. *cum studio & frequenter agens* (e). Exempla sunt:

(e) Sicut Lat. Verbalia in TOR & SOR, ut *piscator, tonsor*, & Græc. in *τής*, ut *κτιστής*, *ποιητής* &c. Eandem Formam habent & reliqui Orientales, ut Chaldæi & Syri, e.g. זַמָּר & cum Emphasi זַמָּרָא, Syr. ܙܡܪܐ, *psaltes*, גַּנָּבָא Syr. ܓܢܒܐ *fur*, נַגָּר Syr. ܢܓܪܐ *artifex* &c. Sic Arabes, ut أَكَّالٌ *comestor*, سَمَّاعٌ *auditor* &c. conf. MENINSKI *Gram. Orient.* Part. II. c. 6. Æthiopes in fine addunt i, ut ገባሪ፡ *factor*, ፈጣሪ፡ *creator*, ረዳኢ፡ *adjutor* &c. quamvis ab his nulla ratio Dages fortis haberi soleat.

אִכָּר (Syr. & Arab. cum (-), אִכָּר,) *agricola*, proprie *fossor terræ*, rad. Arab. in 5 Conj. *terram fodit*, Hebr. כרה.

אַשָּׁף *astrologus*, al. *magus*, rad. Syr. *incantavit*. Per Formarum Imperfect. alternationem deduci posset a rad. Arab. شاف *vidit*, in 5 Conjug. *ex alto*, *de tecto prospexit*, *caput extulit*, *observavit*, in 8. *elato capite spectavit*, *observando*, *ut cognosceret*, *ubi plueret*. Quidam conferunt Græc. σοφός.

גַּלָּב *tonsor*, *rasor*, a rad. Arab. גלף *rasit*, *abrasit*, permutatis ב & פ. Convenit quoque Arab. גלב *scalpsit*, *secuit*.

גַּמָּד Ezech. 27,11. LXX. φύλαξ, LUTHERO Wächter, *custos portæ*, *excubitor*, vel *miles præsidiarius*, derivo ab Arab. غمد *obdidit pessulum*, *seram vel repagulum*. Vulgo pro *Proprio* vel de *Pygmæis* accipi solet; vid. FULLERUS in *Miscell. S.* Lib. VI. c. 3. DIETERICUS in *Antiq. Bibl.* ad l. c. LUDOLFUS in *Comment. ad Histor. Æthiop.* p. 73. seq. PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* ad l. c. & G. A. ANTHING in pec. Diss. de *sublesta* τῶν גמדים *per Pygmæos interpretatione*, habita Witteb. an. 1710.

גַּנָּב *fur*, rad. *furatus est*.

דַּוָּג, sec. Kri דַּיָּג *piscator* Jer. 16, 16. rad. דוג *piscari*.

דַּיָּן *judex*, rad. דין *judicare*.

חַבָּר Job. 40, 25. *consociator*, *confœderator*, *qui societates inire solet*, scil. *mercator* vel *piscator*, rad. *consociare*: *consociare se*.

חַטָּא

חַטָּא *peccator*, unde f. חַטָּאָה *peccatrix*, rad. *peccavit*. Aliud fœm. vid. infra.

חָרָשׁ (ζ) *faber*, *artifex*, rad. *sculpsit*, *fabricatus est*.

טַבָּח *coquus* 1 Sam. 9, 23, 24. unde fœm. טַבָּחָה *coqua* c. 8, 13. alibi *satelles* exponitur, rad. *mactavit*, Arab. *coxit*.

כַּחָשׁ (η) *mendax*, rad. *mentitus est*.

כַּשָּׁף *præstigiator*, rad. *præstigiatus est*.

מַלָּח *nauta*, *remex*, rad. Chald. *remigavit*. Pro מַלָּח Arabes dicunt, فَلَّاحٌ a פלח *secuit*, *aravit*, *sulcavit*, quia *sulcat* aquam (θ); conf. מֶלַח.

(ζ) Compensato Dages f. productione Vocalis (-) in (ָ). In Plur. tamen ter compensatio illa negligitur, pereunte (ָ) alias immutabili, Neh. 11, 35. & 1 Chron. 4, 14. vel potius sic alio referendum est.

(η) Pro כַּחָשׁ, ob mediam *gutturalem*, sicut Chald. פֶּחָר *figulus* Dan. 2, 41. cujus alternationis causam aperiunt C. MUNDEN in Dissert. de ה *Demonstrativo* §. 8. & RUSCHATUS in *Gram. Hebr.* p. 35.

(θ) Sic חתר *fodere* pro *navigare* accipitur Jon. 1, 13. (ad quod vid. LEIGHIUS in *Critica S.*) & שׁוט, unde שָׁט *remex*, & שַׁיִט *remus*, proprie est *cædere*, *secare*. Sic Chald. גזז *secare*, *findere*, it. *transfretare*, Syr. ܓܙ ܡܚܐ *secare* vel *fodere mare* pro *navigare*, Arab. בחר *fidit*, in 4 Conjugat. *navigavit*, جذف *secuit*, it. *propulit navem*, ضرب *secuit*, it. *natavit*, שׁגב *secuit*, *fregit*, it. *sulcavit mare* navis. Græc. τέμνειν πέλαγος & κύματα θαλάσσης, it. διατέμνειν λαῖτμα apud HOMERUM, τέμνειν θάλασσαν apud PINDARUM, τέμνειν πλόον apud APOLLINAREM; Lat. *sulcare*, *arare*, *frangere*, *findere*, *secare*, *fodere æquor* vel *aquas*, pro *navigare*: unde *sulcator*

pro

נַגָּח *cornupeta, petulcus*, Græc. κερατιστής, rad. *ferire cornibus.*

סַבָּל *bajulus:* quo etiam pertinet 1Reg. 5, 29. נֹשֵׂא סַבָּל *portans & bajulus*, per Asyndeton, vel *portans bajulus*, per Appositionem, ut Gen. 21, 20. rad. *portavit*, *bajulavit.*

סַלָּח *condonator*, *qui frequenter condonat*, rad. *condonavit*, proprie *propitius fuit:* unde etiam ad seq. Classem referri posset & exponi *summe propitius.*

פֶּחָה (Formæ כֶּבֶשׂ) *dux*, *præfectus*, q. d. *jussor*, *imperator*, sec. MAJUM a rad. Arab. פחא *voluit.* In flexione imitatur Fœminina, quorum more desinit; dicitur enim in Regim. פַּחַת, (quo etiam pertinet 2Reg. 18, 24.) in Affix. פֶּחָתְךָ Mal. 1, 8. mutato ה in ת, quod alibi excluditur, ut in פֶּחָם Neh. 5, 14. & in Plur. פַּחוֹת, ubi tamen etiam dicitur פַּחֲווֹת, Constr. פַּחֲווֹת Neh. 2, 7, 9. mutato ה in ו, ut alibi.

פָּרָשׁ (vitiosum est פָּרַשׁ in quibusdam Codicibus Ezech. 26, 10. vel Formæ Chaldaicæ, ut quibusdam placet,) *eques*, quod equum calcaribus frequenter pungat, rad. in Hiph. *pupugit*, vel ex significatione radicis Arab. *pavit equum*, it. *gnarus fuit rei equestris.* Aliquoties καταχρηστικῶς pro *equo* sumitur, ut 1Sam. 8, 11. 2Sam. 1, 6. Jes. 21, 7, 9. c. 28, 28. quo etiam referunt Jes. 22, 6. & Hab. 1, 8. Conf. LUD. de DIEU ad Jes. 22, 6. it. Celeb. SCHULTENS ad Jer. 50, 11. & Hab. 1, 8. Simili modo Latinos *equitem* pro

pro *nauta* apud STATIUM & SILIUM ITALICUM, & *pristis* navis oblonga, dicitur a πρίων. Conf. DRUSIUS *Miscell.* Cent. I. c. 17.

pro *equo* dixisse, ex VIRGILIO, MACROBIO & ENNIO observat BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. Lib. II. c. 6. add. MAJUS in *Histor. Animal.* p. 347. seq.

צַיָּר *venator*, rad. צוּר *venari.*

קַלָּע *funditor*, vid. קָלַע.

קַשָּׁת *sagittarius*, formatum a קֶשֶׁת *arcus.*

רַכָּב *eques: auriga*, rad. *equitavit, vectus est.*

רַקָּח *conditor, unguentarius, aromatarius*, unde f. רַקָּחָה *unguentaria* 1 Sam. 8, 13. rad. *condivit, aromata miscuit.*

שַׁלָּט inusit. unde fœm. שַׁלֶּטֶת *dominatrix* Ezech. 16, 30. rad. *dominatus est.*

Huc a quibusdam etiam referuntur 1.) יִסֵּר *fundator* Jes. 28, 16. 2.) עַמָּר *adstitor, comes*, unde עַמָּרִי, (vid. KOERBERUS in *Lexico Partic. Hebr.* p. 93.) ab עמר *stetit, adstitit*, 3.) שַׁלַּח *repudiator* Mal. 2, 16. & 4.) Pluralia a Verbis tertia radicali Quiesc. בַּדִּים *mendaces* Jes. 44, 25. Jer. 50, 36. a ברא *commentus est, finxit*, זָרִים *ventilatores* Jer. 51, 2. a זרה *ventilavit*, & רַבִּים *jaculatores* c. 50, 29. Job. 16, 13. a רבה *jaculatus est*; tanquam a singularibus בַּדָּה, זָרָה & רַבָּה, excluso ה cum præced. (ָ), prout in Plur. Fœminin. fieri solet. Sed præstat, exempla illa anomala alio referre. Scilicet 1.) יִסַּר sec. ABEN-ESRAM est 3. pers. præt. Pih. subaudiendo אֲשֶׁר, ut alibi sexcenties, 2.) שַׁלַּח est Infinit. Pihel, 3.) עַמָּרִי habet ר Epenthe-

theticum (ι), vel Compositum est ex 2 cognatis עִם *cum*, & עַד *ad*, qualia Composita Hebræis frequentissima sunt, conf. Sect. IX. c. 3. 4.) de בַּדִּים vid. Sect. præced. p. 322. זֵרִים est a singul. זָר *peregrinus*, רַבִּים denique a רַב *multus*, *magnus: multitudo*, vel saltem Job. 16, 13. exponendum *jaculationes: jacula, sagittæ*, a רבב *jaculatus est* Gen. 49, 23. Ps. 18, 15. vid. GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* p. 773. & BOCHARTUS in *Geograph. S.* p. 798.

Excipiuntur hic duo אִכָּר & שַׁבָּת (κ), quæ ejusdem significationis sunt cum Fœmininis hujus Formæ, de quibus statim.

§. XII.

Reliqua hujus Formæ exempla, tam Masculina quam Fœminina, INTENSIVA sunt & FRE-

(ι) Quale D & Latini frequenter interponunt, maxime in Compositione, ut *audio* a Græco αὔω, *lardum* a λαρὸν, *tendo* a τείνω, *cupido* a *cupio*, *redeo* ex *re* & *eo* &c.

(κ) Si certum esset, quod IAC. ALTINGIUS (in *Parallelismo Proph. V. T. & Matthæi*,) asserit, שַׁבָּת cum (ָ) solum dici in pausa, alias legendum cum (ַ), & quod ABEN-ESRA vult ad Exod. 16, 23. שַׁבָּת esse fœm. contractum ex שַׁבֶּתֶת, ut אַחַת ex אַחֶרֶת, quem sequitur CEVALLERIUS in *Rudim. Hebr.* pag. 201. tunc non excipiendum foret, sed referri posset ad Formam פִּקֵּר. Vereor tamen, ne fallatur ALTINGIUS, Vir alioquin in re Grammatica accuratissimus. ABEN-ESRÆ quoque sententiam pluribus infregit GUSSETIUS p. 826. seq.

FREQUENTATIVA Formæ *Levis* פָּקָּד vel פְּקָּד. Nam

I. Maſculina

a) a Verbis *Qualitatis*, indicant

SUBJECTUM QUALITATIS INTENSÆ, (conf. Sect. II. §. 23.) ut

אַיָּל *cervus*, a *maximo cornuum robore*, vel q. d. *dux cervarum:* quomodo ad præced. Claſſem pertinet; vid. אַיִל & conf. עַז Sect. IX. c. 2. Inde eſt Fœm. אַיָּלָה & אַיֶּלֶת *cerva.* Sed אַיֶּלֶת Pſ. 22, 1. eſſe *inſtrumenti Muſici* genus, poſt alios pluribus contendit TH. HASÆUS in *Bibliotb. Brem.* Claſſ. I. Faſc. II. Differt. III. conf. quoque BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 888.

דַּוָּי *valde infirmus, vebementer ægrotus;* vid. דָּוֶה Sect. II. p. 39.

כָּרָּב *ſummopere refractarius*, vel *rebellator*, (quomodo ad præced. Claſſem referri poteſt,) rad. Chald. *refractarius, rebellis fuit: renuit.*

עַוָּל *iniquiſſimus*, vel *actor iniquitatis*, **ein Ubelthäter,** rad. *iniquus fuit: inique egit.*

קַנָּא idem quod קַנּוֹא *vebementer æmulus, zelotypus*, vel *æmulator, zelotes.*

קַשָּׁב, unde fœm. קַשֶּׁבֶת, idem quod קַשּׁוּב.

רַמָּךְ *equa*, Arab. رَمَكَةٌ, sec. MAJUM genus *equorum* corpore *gracillimum* eoque celerrimum, rad. Arab. *tenuis & gracilis fuit corpore.*

b) A Verbis *Passionis*, notant SUBJECTUM, *Passionem Intensam*, tanquam *Effectum* Causæ alicujus externæ, in se admittens, (conf. Sect. II. §. 24.) qualia sunt:

גַּחַל f. גַּחֶלֶת *pruna*, *carbo accensus*, sec. quosdam a rad. Arab. נחם *arsit*, *accensus fuit*, ל & מ permutatis.

דַּכָּא, (quo ABEN-ESRA, KIMCHIUS, SCHINDLERUS, COCCEJUS in *Notis Lexicis* & alii, etiam referunt דַּכָּיו pro דַּכָּו Prov. 26, 28. mutata tertia radicali quiesc. in Vau, cum Jod Otioso,) *vehementer contritus*, *valde attritus*, rad. דכא, alias דכה, *attrivit*, *contrivit*: *attritus*, *contritus fuit.*

חַלָּשׁ *valde debilitatus*, rad. *debilitavit*: *debilitatus est.*

רַגָּז *metu vehementer commotus*, *trepidus*, rad. *commotus fuit*, *contremuit.*

* * *

II. Forma Fœminina פַּקָּדָה & terminatione

tione Vicaria פַּקְּדֶת, it. פֶּקֶדֶת & פִּקֹּדֶת (λ), bis פַּקֻּדוֹת,

II. A Verbis *Actionis* & *Passionis*; notat

EFFECTUM ACTIONIS INTENSÆ ET FREQUENTIS, vel ejusmodi ACTIONEM & PASSIONEM in EFFECTU *sese exserentem inque sensus maxime incurrentem;* Metonymice SUBJECTUM & MEDIUM EFFECTUS. Pertinent autem huc:

בֶּהָלָה & transpos. בַּלָּהָה 1.) *perturbatio, terror; commotio animi subitanea,* 2.) *præcipitatio, festinatio cum perturbatione, commotio corporis subitanea,* rad. in Pih. בִּהֵל *perturbavit, subito commovit,* it. *festinavit.*

בַּצָּרֶת (unde pl. בַּצָּרוֹת) & בַּצֹּרֶת *siccitas, sterilitas,* Effectus *cohibitæ pluviæ,* rad. *prohibuit, cohibuit;* conf. Synonym. כרא de *pluvia* Gen. 8, 2. Convenit Arab. transpos. برض *pauca fuit aqua.* Ad Formæ significationem conf. *Levia* יַבֶּשֶׁת, שָׁרָב &c.

בִּקֹּרֶת & בַּקָּרָה *inquisitio diligens,* vox vel verba inquirentis, rad. בִּקֵּר *diligenter quæsivit, inquisivit.* Aliis

(λ) Quæ terminatio Formæ *Levi* בִּקֹּרֶת respondet, de qua vid. Sect. II. c. 6. not. (ε).

בִּקֹּרֶת est *flagellatio loro bovino*, actio in sensum tactus vehementer incurrens, quasi formatum sit a בָּקָר *bos:* quales derivationes alioquin in Pihel frequentes sunt; conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* Part. I. col. 281. & 317.

בַּקָּשָׁה *petitio obnixa*, verba obnixe rogantis, rad. בִּקֵּשׁ *obnixe petivit.*

הַכָּרָה *austeritas*, *contemtus gestibus vultus se prodens* Jes. 3, 9. rad. הכר Job. 19, 3. Arab. transpos. כהר *increpuit*, it. *austero & indignabundo vultu per contemtum excepit: risit, illusit.*

חַטָּאָה (unde pl. חַטָּאוֹת 2 Reg. 12, 17. Job. 13, 23. &c.) & alia terminatione fœm. חַטָּאת: unde per dialectum Chald. חַטָּאת, vid. infra בָּרְקַת, (hinc plur. חַטָּאת pro חַטָּאוֹת) & porro חַטָּאת Zach. 13, 1. &c. per Syrismum, utque א commodius quiescat, mutato (ְ) in (ֵ), חַטֵּאת, denique excluso א, חַטָּת Num. 15, 24. Intensivum est & Frequentativum *Levis* חֲטָאָה.

חַלָּמוּת Job. 6, 6. *lac coagulatum*, ut Arab. حلومة, rad. *solidatus fuit*, *robustus factus est*, *pinguefactus est* Job. 39, 4. Chald. in Pah. *consolidavit*, *compegit*, unde חלום vel חלים *compactum.*

חָרָבָה *exsiccatio: exsiccatum*, rad. *exsiccari: vastari.*

טַבָּעַת (unde pl. טַבָּעוֹת) & טַבַּעַת *annulus*, proprie *sigillaris*, *obsignationis* Medium, quo sigillum imprimi solet, rad. *infixus*, *immersus fuit*, Syr. & Arab. *impressit*, *signavit*, *obsignavit.*

יַבָּשָׁה

יַבֶּשֶׁת *exsiccatum*, *arefactum*, rad. *exsiccatus fuit*, *exaruit*.

כַּפֹּרֶת *tectio*, h. e. *operculum*, quo arca tegitur, rad. proprie *texit*.

לַהֶבֶת & לֶהָבָה *flamma vehemens*, ex accensione exoriens, Metaphor. *acies gladii*; vid. לַהַב.

נֶאָצָה Ezech. 35, 12. & נֶאָצָה, Intensivum *Levis* נְאָצָה.

נֶחָמָה *consolatio*, vox vel verba consolantis, ex Pih. נִחַם *consolatus est*.

עַוָּתָה *curvatio*, *contorsio* Thren. 3, 59. rad. עִוֵּת *curvavit*.

עַצֶּבֶת & עַצָּבָה Intensivum *Levis* עָצָב.

פַּלָּצוּת *tremor*, *terror*, rad. *tremuit*, *territus fuit*.

פָּרֹכֶת *velum*, sec. FORSTERUM & HILLERUM dictum pro כפרת, a כִּפֵּר *texit*, *obtexit*.

פָּרָשָׁה Esth. 4, 7. c. 10, 2. *expositio*, verba exponentis, rad. *exposuit*, *declaravit*.

צָרֶבֶת *inflammatio*, *exarsio*, rad. *incendit*, *combussit*: *combustus*, *incensus fuit*.

קַלָּסָה *illusio*, verba & gestus illudentis, rad. קִלֵּס *illusit*, *irrisit*.

שִׁבֹּלֶת (Ephraimitice סִבֹּלֶת Jud. 12, 6.) pl. שִׁבֳּלִים, semel Construct. שִׁבֲּלֵי Zach. 4, 12. (μ) 1.) *spica*, crescendo

(μ) Tanquam a sing. שִׁבָּל, ut videtur, distinctionis ergo: sumitur enim l. c. pro *termite* olivæ; vel ex Chaldaismo, ubi e. g. צִפְּרִין dicitur Dan. 4, 9. pro Hebr. צִפֳּרִין.

ſcendo protruſa, 2.) *fluxus aquæ*, (conf. *Levia* יְבָל, נָהָר, גַּר &c.) rad. inuſit. in genere *proceſſit*, idque vel *fluendo*, vel *creſcendo*, vel *eundo*.

שָׂרֶטֶת *inciſio*, *cæſura* in cute facta, rad. *incîdit*.

Huc pertinent duo Maſculina:

אִסָּר Intenſivum *Levis* אֱסָר, &

שַׁבָּת, fœm. שַׁבָּת contract. ex שַׁבָּתֶת, *quies*, ex ceſſatione a laboribus exiſtens, rad. *ceſſavit*.

Addit KIMCHIUS pl. גֵּאָיוֹת *valles*, compenſato Dages productione (·) in (··), a ſing. inuſit. גֵּאָיָה, mutata tertia radicali ה in Jod.

* * *

b) A Verbis *Qualitatis*, notat QUALITATEM INTENSAM, vel ejus SUBJECTUM. Huc pertinent

אַדֶּרֶת Intenſivum *Levis* אֶדֶר, quod vid. Sect.IV. p.257.

בָּרֶקֶת Exod. 28,17. & בָּרְקַת (v) Ezech. 28,13. *ſmaragdus*,

(v) Terminatio illa in Nominibus Propr. frequentior eſt, ut בָּשְׂמַת Gen. 26,34. קִבְצַת Joſ. 21, 28. צָרְפַת 1 Reg. 17,9,10. &c. Videtur autem eſſe Chaldaica: (Chaldæi enim geminum (ֶ) in (ַ) mutant, vid. Sect. IV. §. 7.) ſicut in Verbis אָזְלַת pro אָזְלָה; vel Ægyptiaca, coll. Ægyptiacis אָסְנַת & צָפְנַת Gen. 41, 45. ſic גְּנֻבַת dicitur 1 Reg. 11, 20. pro גְּנֻבָה &c.

ragdus, (Græc. μάραγδος, permutatis b & m,) ut probabile fecit BRAUNIUS de *Vestitu Sacerdot.* p. 518. seq. sed *chrysolithum* post GROTIUM, MERCERUM & alios, intelligit HILLERUS in *Syntagm. Hermen.* p. 15. seq. pro *carbunculo* pugnat LUD. de DIEU ad Exod. 28. & 39. rad. *fulsit*, *fulguravit*.

צַמֶּרֶת *summitas rami*, pars rami *gracillima*, rad. Arab. *imbecillis fuit*, & per Dad, *gracilis fuit*.

§. XIII.

Restant pauca illa, sub prima radicali Vocali (ִ) notata, Formarum פִּקֻּד, פִּקּוּד & פִּקֻּד: quæ & originem & significationem suam ex Pyhal accipiunt. Sunt enim Verbalia *significationis* mere *Passivæ* & *Temporis Indefiniti*.

I. Formæ פִּקֻּד.

זֹרֶה (Dages f. per Cholem compensato,) Jes. 30, 24. *quod ventilatur*, rad. *ventilavit*. Vid. tamen Sect. V. §. 12.

כִּסֻּמֶת

כֻּסֶּמֶת (in plur. כֻּסְּמִים, tanquam a sing. כֻּסֶּם,) *zea, spelta*, sic dicta, quod detonderi soleat, rad. *tondere, detondere.*

סֻבַּךְ (unde סֻבְּכוֹ Jer. 4,7. nisi Dages transpositum sit, pro סֻבְכּוֹ a סֻבַּךְ, uti factum in מִקְּדָשׁ pro מִקְדָּשׁ,) *perplexum, intricatum*, rad. *perplexus fuit.*

II. Formæ פֻּקֹּד.

כֻּתֹּנֶת *tunica*, q. d. *tectio corporis*, qua corpus tegitur; vid. כְּתֹנֶת.

סֻבֹּל *oneratio, onus*, ex Pyhal סֻבַּל *oneratus est.*

III. Formæ פֻּקָּד (ξ).

אֻכָּל Exod. 3,2. *quod consumitur*, al. est ipsum Præt. Pyhal, rad. *consumsit.*

גּוּמָּץ

(ξ) Quidam hanc Formam volunt esse Participium Præs. Pyhal, sicut מְפֻקָּד sit Præterit. ut BUXTORFIUS in *Thesauro Gram.* p. 127. & KUSCHARUS in *Gram. Hebr.* p. 73. contrà STARCKIUS in *Luce Gram.* p. 178. contendit, פֻּקָּד idem esse cum מְפֻקָּד; מ per Aphæresin ablato. Utrique sententiæ obstat, quod hæc Forma etiam Nominaliter usurpari soleat. Huc vero non pertinent, a quibusdam huc relata, אֻלָּם & עֻגָּב, quæ Dages habent plane vitiosum. De יוּקָשׁ, quod volunt esse pro יֻקָּשׁ, vid Sect. III. p. 206.

גּוּמָּץ *fossa*, rad. Aram. *fodit*, *effodit*.

יוּלָּד *qui gignitur*, *qui nascitur* Jud. 13, 8. al. est ipsum præt. Pyhal, rad. *generavit*, *peperit*, in Pyh. *genitus*, *natus fuit*.

לֻקָּח *qui accipitur*, *qui assumitur* 2 Reg. 2, 10. rad. *accepit*, *assumsit*.

מוֹרָט Jes. 18, 2. *depilatus*, ex Pyhal מֹרַט *depilari*, *glabrari*. Sed מוֹרָט ob pausam dici pro מוֹרֵט (Formæ אוֹבֵד Deut. 32, 28. אוֹמֵר Ps. 91, 2. &c.) & esse Particip. Benoni, per *depilans* explicandum, contendit C. L. HOHEISEL in *Observat. S.* ad Jesaiam p. 138. seq.

קֻבַּעַת *fæx*, q. d. *tectio fundi vasis*, ejusdem originis cum קוֹבַע, quod vid. Sect. III. p. 210. vel sic dicitur per Metathesin pro עקבת *postremo relictum*, coll. עקב proprie *pone venit*, Arab. *superfuit*, *residuus fuit*: unde & קבע *circumvenit*, *fraudavit*, pro עקב dictum videri posset; vid. Sect. II. עָקֵב.

FINIS PARTIS PRIORIS
DE
NOMINIBUS NUDIS.

MANTISSA.

Ad pag. 6. not. (d) J. M. LANGIO contra HELMONTIUM add. SAMUEL ANDREÆ in *Examine Generali Kabbalæ Philosophicæ* HENR. MORI.

Ad p. 8. not. (*) Autoribus illis, qui *Significationis Formarum* Nom. Hebr. mentionem fecerunt, add. GATAKERUS in *Adversar. Miscell.* Lib. II. c. 9. & FR. STRUNZIUS in Differt. de תאר חסיר, (hab. Witteb. 1706.) §. 4. & 5.

Ad p. 9. not. (**) De *Significatione Formarum* Nominum Græcorum quædam habet ALSTEDIUS in *Encycloped.* Tom. I. p. 307. ut & Latinorum, ib. p. 335.

Ad p. 10. SCHIEFERDECKERO, CLODIO & MENINSKIO add. G. SEAMAN in *Gram. Turc.* Part. II. c. 2.

Ad p. 19. lin. 12. Arab. خبر idem est cum Hebr. בחר in sensu scil. *probandi* & *explorandi*, quo accipitur Jes. 48, 10. & Job. 29, 25. maxime vero apud Chaldæos & Syros.

p. 32. lin. 2. ad אֲבֵדָה ex COCCEJO observa: proprie id dicitur *periisse*, quod separatum est a *præsentia* - - atque ita אבד *perire*, significat *abesse* &c.

Ad p. 43. not. (i). ARISTOTELES *Problem.* Sect. XXIV. n. 14. de *luna*: ἧς τὸ φῶς ὑγραίνει; & PTOLOMÆUS alicu-

alicubi asserit, *lunam* τὸ πλέον τῆς δυνάμεως ἔχειν ἐν τῷ ὑγραίνειν. MANILIUS Lib. II. *Astronom.*

Ad lunæ motum variant animalia corpus.

p. 46. l. 1. CASTELLO & CLERICO add. HOTTINGERUS in *Smegm. Orient.* p. 176.

p. 68. l. 10. ad significationem *splendidissimi* add. loca 2 Chron. 9, 15, 16.

p. 92. ad finem §. 14. add. *sive* ein Gebundener.

p. 97. l. 20. ad nomen *Nethinæorum* add. loca Jos. 9, 27. Esr. 8, 20.

p. 126. l. 4. post *ubi* add. אֲשֵׁישִׁים.

Ad p. 223. AVENARII explicationem vocis ארמנים per *punctatum multis maculis rubicundis*, etiam sequitur CRINESIUS in *Exercitat. Hebr.* p. 35.

Ad p. 341. not. (*i*) מַיִם in solo Pentateucho octies Singularibus annexum deprehendi, observat DANZIUS in Dissert. de *Sinceritate Scripturæ V. T. Eluctante* p. 54. ut (præter l. c.) Levit. 11, 34, Num. 19, 13. c. 20, 2. c. 33, 14.

p. 356. l. 4. Observatio de Hiph. חשיק immediate subjicienda est radici שוק *ire*, *currere*.

CORRIGENDA.

Pag. 16. lin. ult. pro *pag.* lege *col.* & sic alibi in citatione *Hierozoici* semper. p. 22. l. 15. & p. 41. l. 2. lege *Sect.* IV. p. 23. l. 18. חֲרִצָן. p. 68. l. 10. pro *i. e.* lege *it.* additis locis 2 Chron. 9,15,16. p. 73. l. 21. כְּרוּב. p. 104. l. 5. pro *effugit* leg. *aufugit.* p. 113. l. 10. *Jacbiades.* p. 118. עֲטִין leg. ante עִי. p. 1:4. l. 11. dele *sculptum.* p. 189. l. 8. leg. §. 21. p. 212. l. 18. עֵילוֹם. p. 217. l. 23. *Pih.* p. 224. l. 16. *Geminat.* p. 242. l. 25. *cecidit.* p. 244. lin. ult. lege *rad. læsit, percussit*, reliqua expunge. p. 278. רְשַׁע lege ante רֶשֶׁף. p. 287. l. ult. *Præpos.* p. 301. כַּעַם leg. ante נֹפֶךְ & p. 391. רָבַע ante רָגַז. p. 339. l. 16. leg. §. VIII. & lin. 20. *illud.* p. 363. l. 1. *carex* pro *carectum.* p. 359. l. 2. בָּרִיא. p. 398. l. 23. שׁוֹקֵקָה.

443

JOH. SIMONIS

ARCANI FORMARUM

NOMINUM HEBRÆÆ LINGUÆ

PARS ALTERA

DE

NOMINIBUS AUCTIS.

ACCEDUNT

I. APPENDIX DE PARTICIPIIS BENONIM NOMINALITER USURPATIS, NOMINIBUS ANIMALIUM, PEREGRINIS ET COMPOSITIS.

II. EXERCITATIO PHILOLOGICA, QUA USUS SIGNIFICATIONIS FORMALIS IN ENUCLEANDIS VOCIBUS DIFFICILIORIBUS DEMONSTRATUR.

III. INDICES NECESSARII IN UTRAMQUE PARTEM.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.

A.C. MDCCXXXV. *n*

VIRIS

MAGNIFICO, SUMME REVERENDIS,
EXCELLENTISSIMIS AC DOCTISSIMIS,

DOMINIS

HENRICO AUGUSTO STEINBERG,

POTENTISSIMO PORUSSORUM REGI
A CONCIONIBUS AULICIS ET CONSILIIS
ECCLESIASTICIS,

ET

HERMANNO REINHOLDO PAULI,

ECCLESIÆ AD TEMPLUM CATHEDRALE,
QUOD HALÆ EST, CONCIONATORI AULICO, ILLUSTRIS
GYMNASII REGII INSPECTORI ALUMNORUMQUE REGIARUM
MENSARUM LIBERALIUM EPHORO PRIMARIO, LIBERI
CANONICARUM NOBILIUM COLLEGII CURATORI,
UT ET COLLEGII ELEEMOSYNARII ASSESSORI,

ALTE-

ALTERAM

HANC ARCANI

SUI PARTEM

CUM OMNIGENÆ CONSUMMATISSIMÆQUE PROSPERITATIS VOTO SACRAM ESSE VULT

JOHANNES SIMONIS

AUTOR.

PRÆFATIO.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

JOHANNES SIMONIS.

QUandoquidem nonnulli literarum Hebraicarum æstimatores priorem ARCANI mei Partem, haud ita pridem publicis usibus expositam, eo usque probarunt, ut ei & alteram ad-

jungi vellent, desiderio illorum & proprio promisso satisfacturus, novam hanc Opellam in lucem emittere nullus dubitavi. In ea Nominum Hebraicorum *Significationem Formalem*, priore in Parte ex ipsis Punctis erutam, ex literis Servilibus, sic dictis *Heemanticis*, excutere operam dedi. Multa hic offendes, fateor, si non paradoxa, tamen nova ac plane singularia. Literæ illæ *Heemanticæ* huc usque plurimis vel Otiosæ visæ, vel earundem usus ac significatio saltem ignota fuit. At hîc tritum illud Veterum Hebræorum quodammodo comprobatum vide-

videbis: אין בתורה אפילו אות אחת שאין הרים גדולים תלויין בה: *Non est in Lege vel una litera, a qua non magni montes* (h. e. res magni momenti) *dependeant.* Creditum hactenus fuit, Hebræis vel nulla vel saltem paucissima esse *Composita* Appellativa. Sed Appendix, hîc subjuncta, integrum tibi de *Compositis* Caput farraginemque eorum sistit satis prolixam. Eadem Appendix etiam exhibet Participia *Benonim* Nominaliter usurpata, & Nomina Animalium, quæ Significationem reliquis Nominibus communem respuunt: eo quidem fine, ut singula Codicis Hebr. Nomina Appellativa hic in unum congesta habeas, quorum

rum insuper aliquot, in ipsa tractatione omissa, in Indice Hebraico supplevi. Est enim, ut MERCERUS fatetur in *Tabulis Grammat. Chald.* p. 71. hæc res pene immensa. Denique ne ea, quæ de *Usu* hujus laboris prædicavi Sect. I. §. 15. frustra dixisse videar, coronidis loco *Exercitationem* subjeci *Philologicam*, ad Usum illum in enucleandis vocibus difficilioribus demonstrandum, aliquot abhinc annis speciminis loco conscriptam, jam vero nova facie indutam. Reliquos Usus, ibidem memoratos, ad aliam occasionem reservo uberius declarandos. Vale interim & conatibus meis favere perge. Scribebam Halæ Magdeburgicæ, ipsis Kalendis Septembr. A. C. MDCCXXXV.

ARCA-

ARCANI FORMARVM

NOMINVM HEBRÆÆ LINGVÆ

SECTIO VII.

DE

AVCTIS AB INITIO.

SECTIO VII.

DE AUCTIS AB INITIO.

CAPUT I.

DE AUCTIS AB INITIO PER מ.

§. I.

EXplicatis in priore ARCANI noſtri Parte Nominum *Nudorum* Formis, jam in altera hac Parte exponemus Nomina ſic dicta *Heemantica*, literis האמנתי vel ab initio vel â fine vel vtrinque (*) Aucta.

Primum locum occupant *Aucta ab initio:* quorum maximum numerum efficiunt *Aucta per* מ. Significatio illius מ partim nota est & Eruditis jam dudum observata (**), partim ignota. Nota ea est in formandis *Nominibus Locorum* & *Instrumentorum* (***), in aliis vero non item.

(*) Quia ejusmodi *Nomina utrinque Aucta* perpauca sunt, (huc enim non pertinent, quibus præter literam initialem Heemanticam in fine vel ה vel ת, mere fœminini generis nota, additur,) atque ex *Auctis ab initio & fine* facile dijudicantur, ideo peculiarem eorundem classem constituere supersedeo.

(**) Vid. e. g. REUCHLINUS in *Interpret. VII. Psalm. Pœnit.* A. 7. MERCERUS in PAGNINI *Thesaurum* ad rad. חתר, CAPITO in *Instit. Hebr. Lib.* I. c. 7. BOCHARTUS in *Canaan* p. 813. ERPENIUS in *Gram. Ebr. Gener.* Lib. III. c. I. FAGIUS ad Gen. I, 14. ex R. NEHEMANIDE, HOTTINGERUS de *Officiis Literarum Servil.* Analysi Iobi subjectis, §. 9. MEIBOMIUS in *Interpret. Nov. Specim.* I. p. 88. RELANDUS de *Spoliis Templi Hierosol.* p. 84. seq. RHENFERDIUS in *Rudim. Gram. Orient. Harmon.* §. 73. Ven. LOESCHERUS de *Causis L. H.* p. 405, 406, 410, 411. Ven. D. MICHAELIS in *Annot. Bibl. Hebr.* ad Ezech. 42, 4. & in Differt. de *Angelo Dei* p. 6. Celeb. ALB. SCHULTENS in *Animadvers.* ad Cant. 4, 3. FRANC. TSEPREGI in Differt. de *Authentia Selectio-*

Selectiorum Cethibbim Part. I. p. 25. DITH. HACKMANNUS in Differtat. de 2 *Panibus Pentecostalibus*, præside Celeb. IKENIO habita, Part. I. p. 16. & alii.

(***) Consentientibus hac in re reliquis quoque linguis Orientalibus, Hebrææ filiabus; vid. ERPENIUS in *Gram. Arab.* p. 108, 110. LUDOLFUS in *Gram. Æthiop.* p. 95. & idem HACKMANNUS l. c. & in *Præcidaneis S.* p. 42, 203, 204.

§. II.

A notioribus itaque ad ignotiora procedendo, ejusmodi notio quærenda est, quæ singulis exemplis, *Heemantico* מ ab initio Auctis, ex æquo competat. Atqui significatio illius literæ in *Nominibus Locorum & Instrumentorum* non alia est, quam Præfixi ב, (literæ eiusdem Organi,) simul tamen incluso Pronomine Relativo אֲשֶׁר, vt מַאֲבוּס *locus, in quo* (q. d. אשר בו) *saginatur pecus*, מַגְזֵרָה *securis, qua* (אשר בה) *lignum dissecatur.* Eadem ergo significatio etiam cæteris exemplis, ejusmodi מ Au-

ctis

ctis, competit, Nominibus scil. *Actionum, Passionum, Objectorum* &c. vt מַחֲשָׁבָה *cogitatio, excogitatio*, Actio, *in qua* (אשר בה) *cogitando occupatur & quasi totus est cogitans*, מַחֲלָה *morbus, quo* (אשר בו) *ægrotus ægrotat*, מַעֲשֶׂה *opus, in quo faciendo occupatur agens*. De singulis infra specialius.

Conferri interim hic merentur, quæ de significatione Præfixi ב acute differit GUSSETIUS in *Comment. L. Ebr.* p. 108. seq.

§. III.

Variantur autem Nomina hæc per sequentes Formas.

I. מִפְקָד, fœmin. מִפְקָדָה vel מִפְקֶדֶת & מִפְקֶרֶת: quo pertinent Imperfecta Formæ מִיכָל, מֵישָׁר, מֵצַר, f. מְנַפָּח. II. מִפְקַד, quæ Forma rarissima est: sic Imperfectum מֵסַב. III. מִפְקֵד: sic Imperfecta Formæ מִזְרֶה. IV. מִפְקוֹד, f. מִפְקוֹדָה & מִפְקֹרֶת: sic Imperfectum מֵרוֹץ &c. V. מַפְקָד, fœm. ut in Forma I. Huc pertinent Imperfecta Formæ מַפָּל, מוֹתָר (prima radicali quiescente in Cholem, sicut in Hiphil,) מָסָךְ. VI. מַפְקֵד. VII. מַפְקֵד: sic Imper-

Imperfecta Formæ מַפָּץ, מָגֵן, f. מְסִלָּה, מוֹפֵת (prima radicali quiescente in Cholem, sicut in Forma V.) מַרְאֶה, f. מַרְאָה, & alia terminat. fœm. מַרְעִית. VIII. מַפְקִיד: sic Imperfecta Formæ Fœmin. מְלִיצָה. IX. מַפְקוֹד, f. מַפְקוֹדָה & מַפְקֹדֶת: sic Imperfecta Formæ מָשׁוֹר, מָאוֹר, מְנוֹרָה, X. מַפְקוּד: sic Imperfecta Formæ מָרוֹם, מָצוֹר, f. מְאוֹרָה, מַחֲלוּיִ. XI. מַפְקֶר: sic Quiescentia tertia radicali ה, ut מַחֲנֶה, ubi pro ultimo (ֶ) est (ֵ), sicut in Futuris ejusmodi Verborum. XII. מָפְקָר vel מַפְקָר, ut מַעֲמָד: quo secundum KIMCHIUM referri possunt Quiescentia prima radicali in Schurek, ut מוּסָר, מוּצָק, ad modum Conjugationis Hophal. XIII. *Segolata*, eaque saltem Imperfecta, ut Defectiva secunda radicali, מֶכֶס a כסס, & Quiescentia tertia radicali ה, hac per Apocopen abjecta, (sicut in Verbis,) ut מַעַל & מֹעַל ab עלה. Huc referendum est מְשִׁי, (si מ Servile est,) pro מַשִׁי, sicut יְהִי & יְחִי dicitur pro יִהְיֶה & יִחְיֶה, vid. Part. I. p. 364. not. (ρ) XIV. *Dagessata* Formæ מְפַקֵּר, מִפְקִיד & מִפְקוֹד. Singularia & insolita sunt מְצַר, מְתוֹם, מִמְּרוֹר &c.

§. IV.

De singulis istarum Formarum exemplis sequentes notentur regulæ.

I. Discrimen significationis in his Nominibus non dependet a Formarum diuersitate, nec Punctorum hic ulla

ulla habetur ratio, præterquam Dages fortis ex Pihel, ut מְנַקְּיָה *scopa, qua emundatur*, a נקה *mundum esse*, in Pih. *mundare.* Dages vero Euphonicum, post מ in quibusdam occurrens, vel affectui tribuendum, ut in מַמְּרוֹר, vel aliis causis, de quibus suo loco.

II. Quædam sub eadem Forma diversimode significant, ut מַעֲלָה.

III. מ illud *Heemanticum* bene discernendum est a מ *Præfixo* & a מ *Præformante* Participiorum. Ut מְרַאֲשׁוֹתָי plur. Constr. 1 Sam. 26, 12. (q. d. *quæ sunt à capitibus*) habet מ Præfixum descenditque a ראשות, ut dudum observavit KIMCHIUS; מֵרֵעַ *socius, amicus*, q. d. *qui est de societate*, habet simile Præfixum מ, (unde & (‥) prius immutabile manet,) a רֵעַ *sodalitium, societas.* Sic מַחְמֶצֶת *fermentatum*, est Particip. Hiph. quamvis Verbum חמץ alias in Hiph. non occurrat, מַכְבִּיר Job. 36, 31. Particip. Hiph. *magnificans*, i. e. *celebrans, invocans*, quo sensu radix Arab. in 2 Conjugat. accipi solet; מֻטֶּה Ezech. 9, 9. f. מֻטָּה Jes. 8, 8. est Particip. Hoph. *extensum: flexum, deflexum*, a נטה, מֻצָּב Jud. 9, 6. Jes. 29, 3. Particip. Hoph. *constitutus: plantatus*, ut Gen. 28, 12.

IV. *Nomina Locorum* interdum aliis cum Nominibus per *Regimen* vel *Appositionem* construuntur, ut עָרֵי מִסְכְּנוֹת *urbes, in quibus reponitur & colligitur, urbes penuariorum* Exod. 1, 11. Conf. Exod. 30, 1. Levit. 25, 29. Num. 32, 17, 36. c. 35, 6. Jos. 10, 20. c. 13, 21. c. 20, 2. Iud. 3, 20. c. 24,

24. 2 Sam. 4, 7. 1 Reg. 6, 12. c. 19, 23. Ief. 17, 9. c. 60, 13. &c. Sic *Nomina Instrumentorum* & similium, ut פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ *velum, quo tegitur*, Exod. 35, 12. conf. Ief. 3, 1. Ezech. 9, 1, 2. &c.

V. Etiam hæc Nomina *Aucta* non raro Metonymiam patiuntur; conf. Sect. I. §. 14. reg. 4.

§. V.

Distribuimus autem Nomina illa *Aucta* per מ in sequentes Classes. Præfixum ב omnium sæpissime *Locum*, vel *simile quid* (a) significat: & quidem

I.) *Locum, in quo*, ut בִּרְקִיעַ *in expanso* Gen. 1, 14.

Similem significationem habet מ *Heemanticum* in sequentibus Nominibus.

מַאֲבוּס *locus, in quo saginatur pecus*, vel potius *horreum, in quo fruges colliguntur & reconduntur*; vid. אֵבוּס p. 69.

מַאֲרָב *locus, in quo insidiæ fiunt, locus insidiarum*, semel per Metonymiam, ipsi *insidiatores* 2 Chron. 13, 13. quod tamen etiam ad seq. §. 8. n. 6. referri potest; vid. אֲרֻבָּה p. 77.

(a) Nam vocabulum *Loci* Hebræis latissime sumitur.

מָבוֹא, & מוֹבָא Ezech. 43, 11. *locus, ubi intratur*, spec. *ubi sol occidit*, h. e. *Occidens*, ut Deut. 11, 30. rad. בוא *venire, intrare*, & de sole, *occidere*. Aliæ significationes recurrent infra.

מַבּוּעַ (pro מַנְבּוּעַ) *locus, ubi aqua scaturit, scaturigo*, rad. נבע *scaturire, ebullire*.

מָבוּשׁ pl. מְבֻשִׁים Deut. 25, 11. *pudenda*, q. d. (sec. Autorem *Michlal Iophi* ad l. c.) מקום חבושת *locus pudoris*, Chald. בית בהתתא vel בית בושת *domus pudoris*, & בית קיטטי *locus pudendorum*, Æthiop. ፍሥሓር: *verenda*, proprie *locus pudoris*, si Formam spectes, dicente LUDOLFO in *Lexico Æthiop*. col. 291. Rad. בוש *pudere*.

מִבְצָר *locus munitionis, munimentum*, rad. *munire*.

מְבַשְּׁלָה Ezech. 46, 23. *focus*, aliis *culina*, *locus, ubi coquitur*, ex Pih. Verbi בשל *maturescere*, gar werden, in Pih. *coquere*, gar machen.

מִגְדָּל in genere *locus magnitudinis in altum extensæ, locus editus* Neh. 8, 4. spec. *turris*, HOTTINGERO in *Smegm. Orient*. Lib. I. c. 7. *locus firmus*, (ex significatione Arab.) rad. Hebr. *magnus*, proprie *elatus fuit*, Arab. *durus, firmus fuit*; conf. Verbum in Hiph. & Hithpah. & Nomen גֹּדֶל de *elatione* usurpata, it. דֶּגֶל. Sed pl. fœm. מִגְדָּלוֹת Cant. 5, 14. *loca terræ elatiora*, h. e. *areolæ*, COCCEIO *loca, in quibus crescunt aromata & herbæ pigmentariorum*. Conf. עֲרוּגָה.

מָגוֹר *locus congregationis & commorationis, in quo congregatur populus*, Ps. 55, 16. sed fœm. מְגוּרָה *granarium, in quo frumentum congeritur*, Hagg. 2, 19. rad. גור alias
אגר

אור *colligere, congregare: congregare se.* Aliæ significationes infra suis locis recurrent.

מִגְרָפָה Ioël. 1, 17. *locus, ager, ubi terra abluta est, ager terra nudatus*, ventis scil. vel aquæ fluxu, rad. *devolvere, everrere, abripere.* Concinit & sensus loci, & linguarum affinitas (b). Vulgo exponitur *gleba;* sed non video, quo sic referendum sit.

מַדְהֵבָה *locus, in quo est aurum, locus auro plenus:* sic vocatur Babylon Ies. 14, 4. Formatum censetur a Chald. דְּהַב *aurum*, quia sermo sit de urbe Chaldaica. Vid. tamen Celeb. SCHULTENS in *Animadv.* ad l. c. & VITRINGA in *Observat. S.* Lib. I. Diss. III. c. 3. §. 5.

מַדְמֵנָה *locus, in quo est stercus, sterquilinium*, vid. דֹּמֶן.

מִדְרָךְ Deut. 2, 5. *locus, qui calcatur*, מקום אשר תדרך כף רגל בו, ut circumscribitur c. 11, 24. & Jos. 1, 3. rad. *calcare, ire, incedere.*

מַהֲלָךְ *locus, in quo ambulatur, ambulacrum* Ezech. 42, 4. rad. *ambulare.* Vid. & infra §. VIII. n. 3.

מַהְפֶּכֶת Jer. 29, 26. *carcer, ergastulum, locus mente captorum*, Germ. ein Toll-Hauß, rad. *vertit: vertit se*, Chald. & Arab. אפך (mutato ה in א) *vertit*, it. *mentis inopem reddidit*, in pass. *mutatus est a priore ratione, mentis*

 inops

(b) Nam sub agris terrâ nudatis grana *exarescunt*, quod l. c. est עבש Arab. عبس *siccus evasit*, & transpos. عشب *siccus, aridus fuit.* גרף præterea Syr. & Arab. de ejusmodi *alluvie* usurpatur, unde Arab. جرف *terræ pars ab aquæ fluxu excisa.*

inops fuit, unde & Arab. cognat. هبنكة *fatuus*, & هبنكى *stulta* vel *stulti*. Conf. הֹפֶךְ Jes. 29, 16.

מוֹלֶדֶת *locus, ubi quis natus est, patria* Gen. 11, 1. c. 24, 4. c. 31, 3. c. 43, 7. Num. 10, 30. &c. rad. ילד *gignere, parere*. Aliud vid. §. VIII. n. 12.

מוּסָד, מוֹסָד, semel מֻסָּד 1 Reg. 7, 9. (tanquam a נסד,) semel quoque מְיֻסָּד secundum Kethibh Ezech. 41, 8. *fundamentum, locus* vel *pars ædificii inferior, cui hoc superstruitur & innititur*, rad. יסד *fundare, firmare*.

מוֹעֵד *locus, ubi populus convenit*, ut Ps. 74, 8. Thren. 2, 6. rad. יעד *convenire fecit, condixit*.

מוֹצָא *locus, ubi exitur, locus egressionis*, ut 2 Reg. 2, 21. rad. יצא *exire*.

מוֹקֵד f. מוֹקְדָה *focus, in quo accenditur vel ardet ignis*, Meton. *id, quod in foco est: pyra*, rad. יקד *accendi, ardere*.

מוֹשָׁב *locus, in quo habitatur vel sedetur*, unde spec. *sella* Job. 29, 7. semel Metonymice *incola* vel *incolæ* 2 Sam. 9, 12. quod tamen referri potest ad seq. §. VIII. n. 3. rad. ישב in genere *manere, commorari*, hinc *habitare*, it. *sedere*.

מִזְבֵּחַ *locus, in quo sacrificatur, altare*, rad. *sacrificare*.

מָזֶו (Formæ מַעַל ab עלה,) pl. מְזָוִים *promtuaria, penuaria, in quibus opes congeruntur & reconduntur*, rad. Arab. زوي *abdidit*, spec. *opes*, it. *recondidit, congessit*.

מְזוּזָה

מְזוּזָה *locus s. pars ædificii, in qua valvæ januæ se movent*, h. e. *postis*, rad. זוז *movere se, moveri*. Vid. quoque infra §. VIII. n. 3.

מָזָר (pro מְזִוָר) pl. מְזָרִים Job. 37, 9. *loca dissita & ignota*, LXX. ἀλλοδαπά, recte a COCCEJO refertur ad זור *peregrinum, alienum, remotum esse: alienum fieri, abalienari, recedere*, unde Arab. زَوْرٌ *terræ longinquæ*, أَزْوَرُ *dissitus locus* &c. Conf. מֶרְחָק. (c)

עֵגֶל *vitulus*, f. עֶגְלָה *vitula*, q. d. *pullus* bovis, coll. rad. Arab. عجل *præcessit*, & Æthiop. ꞓgâl, quod tam de *infante*, quam de quovis *pullo* animalium usurpatur; prout & *μόσχυ* & *vituli* vox latissime patet, observante BOCHARTO l. c. P. I. Lib. II. c. 28. Vel *vitulus* nomen habet, ut MAJO placet, a *saltando*, coll. Ps. 29, 6. Jerem. 50, 11. ex eadem radice Arab. quomodo notat *celeri cursu latus est, velox fuit*, unde معجل *camela saltans.* Hinc Lat. *vitulari*, i. e. *exsultare instar vitulæ*, German. **lecken** sive **löcken**.

*
* *

III. Formæ פִּקֵּד:

חֹלֶד vulgo *mustela*, quod se *abscondat* intra parietes, rad. Chald. *latuit, abscondit se.* Sed BOCHARTO est *talpa*, rad. Syr. *suffodit.*

חֹמֶט *limax*, *lacertæ venenatæ* species, rad. Arab. خمط *irâ percitus fuit*, in 2 Conj. *æstuavit*, alias חמט *vehementi ira efferbuit*, Aram. חמת *excanduit ira*, *exarsit*, unde Syr. ܚܡܬܐ *ira: venenum*, per ת. Sed ab *arena*,

Tal-

Talmud. חמטון, dictam putat BOCHARTUS, non bene: quia חמטון nihil aliud eſt, quam Græcum ἄμαθος, judice COCCEJO in *Lexico* ad h. v.

עֹפֶר *binnulus cervæ* aut *capreæ*, *a colore ſubalbicante*, rad. Arab. *ſubalbicavit*, alias غمر *coloris pulverei fuit*. Sed a *lanugine ſ. pilis minutis*, qui cornibus adnaſcuntur, Arab. gapharon, dictum vult BOCHARTUS.

* * *

Ad Caput II.

I. Formæ בָּקָר:

שְׂלָו (in pauſa שְׂלָו, in Kri שְׂלָיו,) vulgo *coturnix*, ſec. quosdam ſic dicta a שלה *tranquillus fuit*, *pacate vixit*. Singularis eſt conjectura JOBI LUDOLFI in *Commentario* ad *Hiſtor. Æthiop.* p. 168. ſeq. & in Indice p. 625. de *locuſtæ* ſpecie: (*attelabum* intelligunt MAJUS & CLERICUS, ob ſoni vicinitatem:) quam porro adornavit in Append. II. P. II. ad dictum *Commentarium*. Ei ſubſcribit SCHEUCHZERUS in *Specimine Phyſicæ S.* de *Locuſtis* §. 15-18 Sed vid. quæ præter alios in contrarium monuit BUDDEUS in *Hiſtor. Eccleſ.* T. I. p. 472. ſeq. LUDOLFI ſententiam quoque examinarunt CYPRIANUS in *Continuat.* FRANZII *Hiſtor. Animal.* p. 1394. ſeq. & J. B. HAHN in pec. *Diſſert.* hab. Regiom. 1712. Eandem penitus profligare conatus eſt OLAUS RUDBECKIUS Fil. in *Ichthyologia Bibl.* P. I. vocem שְׂלָו

שָׂלָו explicans per Gothicum Sylu *piscis*. Fuisse ergo שלוים *pisces volatiles*, ex mari rubro per ventum in castra Israelitica demissos: *pisces* enim quandoque pluisse, notum esse ex PHANIA, PLINIO & ATHENÆO.

* * *

II. Formæ בְּאֵךְ.

זְאֵב *lupus*, sec. HILLERUM pro זְבַב ex Syrismo, a *divagando*; vid. supra זְבוּב. GESNERUS & BOCHARTUS conferunt זָהָב *aurum*. MAJUS & A. SCHULTENS in *Clave Dialect*. p. 190. deducunt ab Arab. ذأب *terruit, abegit greges*, quod sit animal maxime *terribile*; conf. Joh. 10, 12.

רְאֵם vel רְאֵים Ps. 92, 11. & contracte רֵים Job. 39, 9. nomen *animalis proceri*, coll. Num. 23, 22. c. 24, 8. & rad. ראם Zach. 14, 10. *altus fuit, se extulit*, alias רמם & רום: vulgo *monoceros*, BOOTIO in *Animadv. S.* Lib. III. c. 1. species *bovis feri, urus*, quod etiam GUSSETIO placet in *Comment. L. Ebr.* p. 783. & CYPRIANO in *Continuat.* FRANZII p. 616. Sed BOCHARTO est *capreæ* species, *oryx*, Arab. رئم, caput & aures in altum erigens. Conf. LUDOLFUS in *Histor. Æthiop.* Lib. I. c. 10. & in *Commentario* p. 155. ubi רְאֵם de *rhinocerote* explicat, quomodo ab AQUILA explicatum fuit, cujus expositionem etiam secuti sunt OLEASTER, STEUCHUS, FORERIUS, MARIANA, DEUSINGIUS aliique apud BOCHARTUM in *Hieroz.* P. I. Lib. III. c. 27. & CYPRIANUM l. c. p. 614. Add.

J. M. HENNIUS in pec. Differt. de h. v. habita Witteb. an. 1711.

* * *

Ad Sectionem V. Cap. I.

I. Formæ בֵּן.

תַּן, alias תַּנִּין, *draco*, *ſerpens*, *cetus*, animal corpore *flexili*, recte CYPRIANUS confert Arab. תנא *flexit: flexit ſe*, *inflexus fuit corpore.* Conf. Cap. ſeq. לִוְיָתָן.

II. Formæ אֵחַ.

כֵּן *ricinus*, *pediculus*, ſec. BOCHARTUM & alios a כנן alias כון *ſtabilire:* quod ſit animalculum *ſtabile* & *δυσαφαίρετον ἀπὸ τῦ σώματος*, dicente ARISTOTELE in *Hiſtor. Animal.* Lib. V. c. 31. Ab Arab. כנן *texit*, deducit H. G. CLEMENS in Differt. de *Labro æneo* c. 3. §. 3. ob *copiam* ſcil. qua corpus *tegunt*, coll. כָּךְ & עָפָר cum Exod. 8, 12, 13.

עֵז *capra*, a *robore* frontis & cornuum, rad. עזז *robuſtus fuit*, BOCHARTO in *Hieroz.* P. I. col. 620. quod ove ſit *robuſtior;* qui tamen aliter ſenſerat in *Canaan* p. 438. Germanice dicitur Geiß, per g, quod non abludit a גזז: quomodo conf. גְּדִי.

רִפָּה

רִמָּה *vermis*, a *consumendo*, rad. Arab. רמם *comedit*, *voravit*. Conf. תּוֹלָע.

III. Formæ דֹּב.

דֹּב, semel plene דוב 2 Sam. 17, 8. *ursus*, a *murmurando*, rad. דבב *leniter loqui*, *murmurare*; BOCHARTO ab Arab. דבב *pilosus*, *hirsutus fuit*: unde & Græc. δασυλλὶς dictus. Aliud etymon habent MAJUS ad COCCEI *Lex.* p. 21. & Celeb. SCHULTENS in *Clave Dialect.* p. 202.

* * *

Ad Caput III.

I. Formæ דַּיִשׁ.

אַיִל *aries*, vulgo a *robore*, frontis scil. & cornuum, rectius, ut videtur MAJO, quod gregem ovium tanquam *dux* præcedat. Vid. אֵל p. 345. Nisi ita dictus sit a *pinguedine*, quæ qualitas passim de *arietibus* prædicatur, ut Deut. 32, 14. 1 Sam. 15, 22. Jes. 34, 6. &c. coll. אַיִל & אַלְיָה.

לַיִשׁ, Græc. λῖς, Arab. لَيْث, *leo*, isque *fortior*, *archoleon*, a rad. Arab. لاث *valuit*; conf. Prov. 30, 30. al. a לוש *subigere*: quod prædam *subigat* & conculcet.

עַיִט *avis rapax*, in prædam involans, rad. עיט in Hiph. *irruere*, *involare*. Sed Jer. 12, 9. pro *fera rapaci* accipit BOCHARTUS.

עַיִר *pullus asini, asellus*, ab עור *excitari*, quod parentibus multo *excitatior* sit & alacrior; vel a נער *rudere*, per Formarum Imperfectarum alternationem.

תַּיִשׁ *caper, hircus*, recte ab AVENARIO confertur cum נתש *avellere*. Vid. infra גְּדִי.

II. Formæ אֵךְ.

גֵּב Jes. 33. 4. idem quod seq. גּוֹב.

III. Formæ דּוֹךְ.

גּוֹב *locustæ* species, HOTTINGERO, BOCHARTO & aliis ab Arab. נבא *e terra emersit*, quod *locustarum* proprium; sed regularius ab OPITIO & STOCKIO refertur ad Arab. جاب *secuit, fidit, laceravit*, quocum convenit גבב *denudavit foliis*.

גּוֹר, vid. supra גּוּר.

יוֹנָה *columba*, BOCHARTO a יון *Jonia* i.e. *Græcia*, ubi *columbæ* jam olim fuerint frequentes. Sed vid. quæ contrà monet MAJUS Fil. in *Observat. S.* P.III. p.141. seq. Alii ad ינה *oppressit*, referunt. Vid. P.I. p. 42. ad יָוֵן.

כֹּחַ BOCHARTO *lacertæ* species, a *robore*, quo in pugna contra serpentes & crocodilum terrestrem eminet, rad. Arab. *in pugna prævaluit*.

כּוֹס vulgo *noctua*, *bubo*, German. voce cognata Kauß, cui convenit Patavinum *chus*, (i. e. *scops*,) observante

vante DRUSIO in *Fragm. Vet. Interpretum* ad Pſalmos p. 1000. Vid. P. I. p. 391. Sed ὀνοκρόταλον eſſe vel *truonem*, coll. כוס *poculum*, quia quaſi *truam*, (i. e. *vas magnum*,) habet e roſtro dependentem, putat BOCHARTUS *Hieroz.* P. II. Lib. II. c. 21.

עוף *avis*, rad. עוף *volare*.

קוף *ſimia*, vel ejus ſpecies, *cephus*, Græc. κῆπος vel κῆβος, ab Arab. قاف alias قفا *ſecutus fuit veſtigia* alicujus, *ſecutus fuit* aliquem: quia nullum eſt animal, quod ingenioſe adeo imitari omnia ſolet, unde & poſterioribus Græcis μιμώ vocatur a μιμῆσθαι, Germ. nachäffen, & *ſimiæ* dici ſolent quocunque modo aliorum *imitatores*.

שור *taurus*, ſec. quosdam ab *aſpectu acuto* vel *torvo*, (unde ταυρηδὸν βλέπειν,) a rad. שור *intueri*: quam derivationem MAJUS defendit contra BOCHARTUM, qui a שרר Syr. *firmum eſſe vel fieri*, deducit, quod vix ullum animal eo *firmius* ſit & robuſtius: unde *tauri* אבירים Pſ. 22, 13. Pſ. 50, 13. Pſ. 68, 31. Sed Cholem plenum & Vau in Plur. mobile potius arguit radicem שַׁוַר Chald. & Syr. *ſaliit*, *ſaltavit*, Arab. ساور *aſſiliit*, *inſiliit*. Conf. ſupra עֵגֶל.

תור *turtur*, vox a ſono facta.

* * *

Ad Caput IV.

I. Formæ בְּעִי.

אֲרִי *leo*, vulgo ab ארה *carpere*, quod etymon MAJUS defendit; ſed VOSSIO & BOCHARTO ſic videtur dici pro רְאִי, (ſicut Chald. אֲרוּ *ecce*, pro רְאוּ,) a ראה *videre*: quia eſt animal ὀξυδερκέστατον, *viſus acerrimi*, unde Græc. λέων a λεύσσω vel λάω *video*, & Arab. مُبْصِر *videns*, vocatur. Sed אַרְיֵה vid. Cap. ſeq.

גְּדִי (pl. גְּדָיִים,) *hædus*, f. גְּדִיָּה *capella*, ejusdem originis cum גָּדָה *ripa*, ſcil. a גדד, Chald. גוּד, Arab. جَدّ, جَذّ & جَذا, alias גוה, גז, *avellere*, *reſecare*, *detondere*; ſed Forma eſt a גדה. Hinc *hædus* dicitur, quod herbas & arborum frondes *detondeat* & *avellat*, ut Lat. *capra*, q. *carpa*, a *carpendis* virgultis, ſec. VARRONEM; & *ripa*, (Chald. גדר, Arab. جُدّ & جِيزَة,) quia continuo aquæ affluxu *avellitur* & alluitur (*v*). Aliis גְּדִי *hædus*, ſic dictus videtur ab Arab. גדי vel גדו *profuit*.

כְּלִי

(*v*) Sic Græc. ἀκτὴ & ἄγη *ripa*, dicitur ab ἄγω *frango*, αἰγιαλὸς id. ab ἄγω & ἅλς *mare*, ῥηγμὶν & ῥαχία a ῥηγνύω *frango*. Similiter Arab. جَلَم

טְלִי, unde fec. HILLERUM plur. טְלָאִים Jef. 40, 11. idem quod טָלֶה.

לָבִי, unde fec. ALTINGIUM *Gram. Hebr.* §. 81. plur. לְבָאִים & fœm. לְבָאוֹת, idem quod לָבִי.

צְבִי f. צְבִיָּה, *caprea*, (pl. צְבָאִים & צְבָיִם, f. צְבָאוֹת,) a *decore* & *venuftate*, coll. צְבִי *decus*. *Capreæ* apud Veteres in deliciis fuerunt, unde MARTIALIS:

Delicium parvo donabis dorcada nato;

& Orientales, maxime Arabes, omnia pulchra *capreis* comparare, obfervat THYSIUS in *Exercitat. Mifcell.* VII. add. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. col. 899. & 925.

II. Formæ בַּר.

אַיָּה BOCHARTO *accipitris* genus, *æfalo*, Arab. جُوجُو *juju*, vox a fono facta.

דַּיָּה eidem *vultur niger*, coll. דְּיוֹ *atramentum*, דיוא Syr. & Perf. *diabolus*, du Britannice *nigrum*.

כַּר (unde Græc. κριός, Jonice κάρ,) 1.) *aries*, *agnus*, ejusdem originis cum כִּרְכָּרָה, a *faltatione*: eft enim animal

5 جَلَم *hædus* eft & *ripa*, cujus radix צלם *refecuit*, *totondit*. Ex eadem *refecandi* fignificatione, unde גְּדִי *hædus*, dicitur Proprium עֵין גְּדִי h. e. *fons abfciffionis*, fcil. *palmæ*, Jof. 15, 62. alibi 2 Chron. 20. 2. חַצְצוֹן תָּמָר *abfciffio palmæ*, fenfu eodem. Conf. HILLERUS in *Onomaft. S.* p. 459 561.

mal *saltatorium* Pf. 114, 4, 6. Sap. 19, 9. 2.) *machina bellica*, a similitudine *arietis*, unde & Lat. *aries* dicitur; vel a *perforando*, rad. כרה *perfodere, perforare:* sic verò plur. כָּרִים potius erit a fing. כַּר, 3.) כָּרִי pl. pro כָּרִים 2 Reg. 11, 4, 19. [redacted] vulgo *duces*, *primores*, qui & alibi *hircorum* ac *arietum* nomine veniunt, ut Jef. 14, 9. Zach. 10, 3. Junguntur l. c. cum רָצִים *curforibus:* unde potius simile hominum genus intelligendum videtur, fortaffis *angari*, a *velocitate*, coll. כִּרְכָּרָה P. I. p. 220. Sed terminationem (ִי) in כָּרִי esse *Gentilitiam*, & כָּרִי hominem notare *è Caria* Afiæ regione *oriundum*, contendit O. VERBRUGGE in Obfervat. Philol. de *Nom. Hebr. Plurali* Obf. I. §. 63-66. 4.) כַּר *pascuum* vel *campus, ager*, a *fodiendo*, fec. COCCEJUM, rad. כרה *fodere;* conf. אִכָּר. 5.) *fella camelina* Gen. 31, 34. quod vid. P. I. p. 324.

III. Formæ בֵּן.

נֵץ *accipiter*, *nisus*, rad. נצה *volare:* quia *volatu* maxime præftat, HOMERO ὤκιςος & ἐλαφρότατος πετεηνῶν, HESIODO ὠκυπέτης: unde apud Ægyptios fymbolum *venti* fuit, tefte HORO Lib. II. c. 15.

שֶׂה (pro Perfecto שֶׂיֶה, vid. Sect. V. §. 19.) *pecus*, *parvum* proprie & *vilius*, *ovis* fcil. & *capra*, ut Arab. شَوِيّ, unde Verbum شوى in 2 Conj. *pecudes viliores fibi comparavit.*

ravit. Alias Derivationes habent BOCHARTUS & MAJUS.

Reliqua vid. ſuis locis.

CAPUT III.

DE

PEREGRINIS ET COMPOSITIS.

§. VI.

OCcurrunt in Textu S. V.T. voces quoque *Peregrinæ*, Chaldaicæ ſcil. & Syriacæ, Perſicæ, Ægyptiacæ, imo & Græcæ, per mutuum cum gentibus commercium in Hebraiſmum inductæ.

Integra loca *Chaldaica* præterea habentur in Jeremia c. 10, 11. (ubi Propheta Iſraëlitis præſcribit, quæ Chaldæis ad idololatriam ſollicitantibus regerere debeant;) in Daniele c. 2. v. 4. ad finem usque, c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. & 7. tota; in Eſra c. 4. v. 8. ſeq. c. 5. & 6. usque ad v. 18. c. 7. v. 12-26. Cæterum obſervandum, multa vocabula haberi pro *Peregrinis*, quæ revera ſunt *Compoſita.*

§. VII.

Linguam Hebraicam, utut ſimpliciſſimam, tamen non reſpuere *Compoſita*, non

ſine cauſa aſſeruimus Sect. I. §. 11. qua quidem in re linguæ Græcæ, cujus elegantiam in componendis vocibus adeo miramur, multum præſtat.

Siquidem neceſſariæ ſunt *Compoſitiones* ad multiplices ſenſus exigua unius vocis capacitate coërcendos, nulla lingua efficacius hac noſtra id præſtat: recte judicat MORINUS de *Lingua Primæva* p. 157. Sed ejusmodi *Compoſitiones* difficiles habent explicationes, nec facile quid ſine aliqua reprehenſione hîc tractatur, ſatente HILLERO in *Onomaſt. S.* p. 290. Quam varie enim a variis enucleentur *Compoſita* illa, infra videbimus. Ejusmodi coactas *Compoſitiones* ab HARDUINO exſculptas notat Ven. DEYLINGIUS in *Obſervat. S.* Tom. II. p. 439. ſeq. nec meliores ſunt, quæ ſpeciminis loco adducit Anonymus in *Hiſtor. Crit. Reipubl. Lit.* Tom. II. p. 122. ſeq.

§. VIII.

Hebræi in *Compoſitione* vocum non minus Euphoniæ, quam naturæ ipſius rei exprimendæ rationem habent: unde ſequentes notandæ hic veniunt regulæ.

I. Quæcunque Nomina Formam habent incongruam, ea pro *Compoſitis* vel *Peregrinis* habenda ſunt, ut

חֵילֵל

הֵילֵל *lucifer*, ſec. HILLERUM compoſitum ex הֵל לֵיל i.e. *ſplendor noctis.*

II. Quæcunque numerum literarum ternarium excedunt, nullâ illarum geminatâ, *Compoſita* ſunt vel *Peregrina*: quod etiam dicendum de illis, quæ poſſident literam vulgo pro *Heemantica* habitam, ſed ex Sect. VII. non explicabilem, ut אֶשְׁפָּר.

III. *Compoſitio* illa fit ex duabus, raro ex tribus vocibus, iisque vel Nominibus, vel Verbis, vel Particulis.

IV. Ex thematibus ejusdem ſignificationis, ſed diverſæ Formæ, Nomen componitur *intenſionis* ergo, ut קְלוֹקֵל *viliſſimus*, ex קלה, (quam radicem ו medianum inſinuat,) & קלל *levis, vilis fuit.*

V. Ex Synonymis & propinquæ ſignificationis vocibus Nomen componitur, eadem de cauſa, ut עֲרָפֶל *caligo maxima*, ſec. HILLERUM ex ערב *obtenebratus eſt*, Arab. *occidit ſol*, & אפל Arab. *occidit ſol;* קִיקָלוֹן *vomitus ignominioſus*, ex קִיא *vomitus*, & קָלוֹן *ignominia*, &c. Similis *Compoſitio* frequens eſt 1.) in Nominibus Propriis, ut בִּלְדַּד ſec. HILLERUM ex בדל & ברר *ſeparavit*, כְּנַעַן ex כנע & ענה *depreſſit, humiliavit*, ſec. eundem, חִדֶּקֶל ex חדד *acutus fuit*, Metaphor. *celer fuit*, & קלל *levis fuit.* 2.) In Verbis, ut כִּרְבֵּל *arctiſſime accinxit*, ex Arab. כרב & כבל, quod utrumque ſignificat *arcte conſtrinxit*, כִּרְסֵם *funditus excîdit*, ex כרה *effodit*, vel Syr. כרם *amputavit, præcîdit, excîdit*, & כסם, alias גזם, *excîdit, ſuccîdit*, פַּרְשֵׁז *latiſſime*

 ex-

expandit, ex פרש *expandit*, *extendit*, & Arab. פרז *separavit*, *diremit*, רְפַשׁ vulgo ex רטב *viruit*, *humidus fuit*, & פרש *crevit*, *abundavit*, potius ex רטב, & טפש *pinguis*, *crassus fuit*, תְּבוֹאתָה Deut. 33, 16. ex בוא & אתה, בושס Amos. 5, 11. ex בוש & בוס sec. quosdam, הוֹבִישׁ & אֵבוּשׁ ex יבש & בוש; sic לְנָה Zach. 5, 4. ex Particip. לִן *commorans*, & נָוֶה *habitans*. Huc quoque pertinent Verba ex diversis Conjugationibus, Temporibus & Personis composita. Exempla Particularum vid. Sect. I. §. 11. In quibus omnibus vel *sensus compositus* vel *intensio* rei insinuatur: quemadmodum per duo Synonyma separata significatio augeri solet.

VI. In Compositæ dictionis altera parte litera repetenda excluditur, *Dages* defectum non compensante: HILLER. *Gram. Hebr.* p. 571. conf. idem in *Syntagm. Hermenevt.* p. 196. seq. Fieri hoc solet brevitatis studio, ne vocis syllabæ nimium augeantur: quod vero inscripto *Dages* f. æque contingeret, ac si litera expressa asservaretur. Quod si tamen duæ simul excluduntur, *Dages* intervenit, nisi altera omissarum sit *gutturalis*, eaque in medio vocis occurrens.

VII. Ne vox Composita magis excrescat, quam Hebrææ linguæ indoles patitur (φ), alterutra literarum ejus-

(φ) Hebraismi indoles est, studere brevitati vocum, nec sine necessitate admittere vocabula polysyllaba: unde rationem deducit I. I. SCHUDT de *Genio & Indole L. S.* c. 7. §. 5. cur Hebræi *Comparativum* & *Superlativum* per terminationis variationem non faciant. Hebræi enim natura aliis gen-

ejusdem, rarius diversi Organi, omittitur, (conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* P.I. col. 247. & P.II. col. 652.) idque interdum promiscue, ut אַרְגָּוָן & אַרְגְּמָן, quod compositum volunt ex אֲרָם *Syria*, & גון Syr. *color:* in priori litera ם, in posteriori ו omittitur. Sic מחצררים dicitur & מחצצרים, פַּרְשֶׁגֶן & פַּתְשֶׁגֶן.

VIII. Duo Spiritus א & ה in *Compositionis* medio absorberi solent, ut עֲרָפֶל ex ערב & אפל; sic ע in סַגְוֵר, de quo vid. infra.

IX. *Compositionis* pars vel alterutra vel utraque, non raro in lingua Hebraica deficit, ab ejus filiabus, Aramæa, Arabica & Æthiopica repetenda. Conf. Sect. I. §. 9. Neque tamen ejusmodi voces *hybridæ* ideo dicendæ sunt: quia supponitur, vocabula illa olim in Hebraismo florente æque fuisse usitata.

§. IX.

Talia *Peregrina* & *Composita* sunt sequentia:

אֲבַטִּיחַ Num. 11, 5. *pepo*, quia inter *Aucta ab initio per* א sui simile non habet, non incommode refertur ad *Composita* ex 2 Synonymis, scil. ex אבט Arab. *demisit*, *dejecit*,

gentibus sunt ferventiores: hinc animi sui sensa brevissimis celerrimisque verbis communicant, dicente SCHÜSLERO in *Analysi Hebr.* p. 17. A quo brevitatis studio etiam fluunt plurimæ Punctorum mutationes; conf. HERM. von der Hardt *Gram. Hebr.* p. 15.

jecit, & בטח Arab. *pronum coniecit*, *resupinum prostravit.* Vid. tamen supra p. 547.

אֲבִיּוֹנָה Eccles. 12, 5. recte quidam Hebræorum apud ABEN-ESRAM ad h. l. *desiderium coitus* exponunt: est enim compositum ex אבה *desideravit*, *concupivit*, & ינה (unde יוֹנָה *oppressio*,) *oppressit*, (alias fere ענה *compressit*, spec. *fœminam*, ut Gen. 34, 2. Ezech. 22, 10.) Æthiop. ወዘየ፡ *lusit*, quod ab Interprete Æthiopico spec. de *lusu amatorio* & *venereo* usurpatur Gen. 26, 8. Jud. 19, 26. Verba enim *ludendi* ad *rem Veneream* transferri solent; conf. Doctiss. SCHULTENS in *Animadv.* ad Jud. 19, 26.

אַבְרֵךְ Gen. 41, 43. a multis ad *Composita* refertur, sed diversimode. Quidam ex אָב *pater*, & רַךְ *tener*, componunt, quod CASTELLUS defendit in *Lexico.* Chaldæus explicat per אבא למלכא i. e. *pater regis*, רַךְ enim Syr. esse *regem*, testatur R. SAL. JARCHI: quam sententiam comprobant MORINUS de *Lingua Prim.* p. 131. seq. BRAUNIUS in *Selectis S.* Lib. IV. c. 7. §. 88. CONR. MEL in *Antiquario S.* p. 7. &c. sed improbat GUSSETIUS p. 791. PFEIFFERO & OPITIO est Copticum *αυρεκ.* Ex consensu præstantissimorum Philologorum est Infinit. vel Imperat. Hiph. cum א pro ה ex dialecto Aramæa, ad Formam אַשְׁכֵּים Jer. 25, 3. Vid. BUXTORFIUS in *Thesauro Gram.* p. 136. DRUSIUS in *Quæst. Hebr.* Lib. II. qv. 71. CRINESIUS in *Exercit. Hebr.* II. qv. 2. DIETERICUS in *Antiqu. Bibl.* ad Gen. 41, 43. FESSELIUS in *Adverſ. S.* Lib. IX. c. 1. J. J. SCHUDT in *Trifol. Hebr.* ad בּרךְ, MICH. BOCCIUS, J. E. GERHARDUS & Celeb. J. J. SCHROEDERUS in pec. *Dissertationibus* de h. v.

אֶנְלְטַל

אֲגַרְטָל *pelvis*, proprie, ut ABEN-ESRA observat, ad *colligendum* & excipiendum *sanguinem* victimarum, compos. ex אגר *collegit*, & Arab. طَلٌّ *sanguis;* al. ex אגר & טל *ros*, *aqua*.

אֲדָר mensis Hebræorum, respondens partim Februario, partim Martio nostro, censetur esse vocabulum Persicum: nam & Persis آذر est nomen mensis noni, it. *ignis*, & *Angelus* s. *dæmon*, *qui igni & soli præest;* vid. CASTELLUS in *Lex. Pers.* col. 14. Sed 2 Macc. 15, 37. dicitur esse vox *Syriaca.* *Hebræam* esse & sic dici, quod eo mense agri vestem viridem induant &: אדרת *gloriam* suam recipiant arbores, sententia est MATTH. BECKII in *Annot.* ad MAIMONIDIS הלכות יובל p. 101.

דַּרְכְּמוֹן & אֲדַרְכֹּן vocabulum origine Græcum, δραχμὴ *drachma:* quam sententiam defendit FULLERUS in *Miscell. S.* Lib. VI. c. 20. Quibusdam idem est cum δαρεικὸς Lat. *Daricus*, moneta a Rege DARIO dicta: quam denominationem pluribus stabilivit Cl. HARENBERGIUS pec. Differt. in *Biblioth. Brem.* Class. VIII. Fasc. IV. add. HOTTINGERUS in Append. ad *Cippos Hebr.* p. 96. seq. & Celeb. LACKEMACHER in Oratione adjecta *Observationum Philol.* Parti I. p. 328. seq.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים pl. vocabulum Persicum, compos. ex أخش *præcellentia*, & sec. PFEIFFERUM ex ستري Lat. *Satrapa*, q. d. *archisatrapæ;* sec. HOTTINGERUM, LUD. de DIEU,

DIEU, DANZIUM aliosque, ex دربان *januæ custos*, sec. CASTELLUM ex دربند *servus*, Germ. **Trabant.** Judæorum ineptas compositiones non moramur. Vid. *Miscellanea Lipsiens.* T.X. p. 231. seq.

אֲחַשְׁתְּרָנִים pl. *muli præstantiores*, sec. HOTTINGERUM, LUD. de DIEU, BOCHARTUM, PFEIFFERUM, OPITIUM, MAJUM & alios, ex eodem أخش & استار *mulus*; sec. CASTELLUM ex شتر *camelus*: ut sint *cameli præstantiores.*

אֶלְגָּבִישׁ *grando*, ex mente HILLERI compos. ex אֶגֶל בִּישׁ i. e. *gutta maligna*, potius ex אֶגֶל *gutta*, & Arab. جبس *concrevit*, unde جَامِسٌ *aqua congelata*, ב & מ permutatis: est enim *grando* nihil aliud, quam *gutta congelata.*

אַלְמֻגִּים & אַלְגּוּמִים *lignum thyinum*, (quod pluribus tuentur HUETIUS de *Navigat. Salomon.* c. 6. §. 5. seq. & JOH. HEERSERUS in *Lapide Adjut.* ad h.v.) vel simile lignum *cariei expers.* Componunt ex אַל *non*, & מגג *dissolvi.* Aliam Compositionem habet HILLERUS in *Onomast. S.* p. 410. & in *Hieroph.* P. I. p. 106.

אַלְקוּם *invictus, adversus quem non potest stari*, ex אַל & קוּם *stare.*

אַפֶּדֶן Dan. 11, 45. *aulæum, velum*, ex אפד *operuit, amicivit*, & Syr. אפדן vel אפדנא *velum.* In Targum sumitur pro Hebr. שַׁפְרִיר Jer. 43, 10. quod idem est.

אַפִּרְיוֹן

אַפִּרְיוֹן Cant. 3, 9. genus *vehiculi*, quibusdam *lectica*: tribuitur enim illi מֶרְכָּב; vid. GUSSETIUS p. 91. Compos. ex 2 Synonymis אפר Arab. *currere, ferri*, & פרה Hebr. in genere *ferre*, spec. *fructus*, Chald. פרא *currere, ferri*. Convenit Arab. فرفار genus *vehiculi muliebris*.

אַקּוֹ *animal clamosum*, quibusdam *alce*, BOCHARTO *hirci sylvestris* species, compos. ex 2 Synonymis אנק *clamavit cum gemitu*, & Æthiop. ጸቀወ: *clamavit*. Vid. tamen supra p. 552.

אַרְגְּוָן & אַרְגָּמָן *purpura*, compositum putatur ex אֲרָם *Syria*, & גַּוְן Syr. *color*, q. d. *Syrius color*; conf. Ezech. 27, 16. HILLERUS in *Onom. S.* p. 410. & in *Syntagm. Hermen.* p. 134, 197. ארגן componit ex ארג גון *textura coloris* s. *textum coloratum*, & ארגמן ex ארג אמן *textura artificis*, s. *textum artificiosum*. Quidam idem esse volunt cum Græco ἀμέργη, ἀμόργινον. Conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. col. 740. seq. LUNDIUS in *Antiq. Jud.* Lib. I. c. 3. n. 17. seq. BRAUNIUS de *Vestitu Sacerdot.* Lib. I. p. 211. seq.

אַרְגַּז *arcula, cistula* pro thesauris recondendis, ex ארח, unde אָרוֹן *arca*, & גז vel גַּזָא Syr. *gaza, thesaurus*.

אֲרִיאֵל 1.) 2 Sam. 23, 20. *leo fortis*, ex אֲרִי *leo*, & אֵל *fortitudo: fortis*; al. *vir fortis, heros*, ex אֲרִי & אֵל *Deus*, q. d. *leo Dei*, quomodo hodieque apud Arabes *virum fortem* dici, observat BOCHARTUS l. c. P. I. col. 716. & 757.

Huc etiam referunt אֲרִיאֵל vel אֲרִאֵל Jes. 33,7. 2.) אֲרִיאֵל & אֲרִאֵל q. d. *visio Dei*, (coll. supra אֲרִי a ראה, per Metathesin, & Jes. 22,1.) pro quo etiam occurrit הַרְאֵל Ezech. 43,15. q. d. *mons Dei:* sic dicitur *altare holocaustorum* & *urbs Hierosolyma.*

אַרְיֵה *leo*, compos. ex 2 Synon. diversarum Formarum ארה (unde אֲרִי & Chald. אֲרוּ *ecce*,) & ראה *vidit*, mutata tertia radicali ה in Jod. Aliis ה est Paragog.

אַרְנֶבֶת *lepus*, sec. BOCHARTUM compos. ex ארה *carpere*, & נִיב *proventus.*

אֶשְׁפָּר Vulgato *assatura bubulæ carnis*, quam explicationem & CASTELLUS sequitur in *Lexico*, compos. ex inusit. אשה *assare* (vid. אִשֶּׁה p. 401.) & פַּר *bos, taurus.* AVENARIUS & ALBERTI in *Porta L. S.* componunt ex אֵשׁ *ignis*, & פַּר.

אֶתְנַן Ezech. 16,34. 41. *merces*, *præmium*, compos. ex 2 Cognatis תנה (vel potius אתן, vid. אֶתְנָה p. 553.) *donavit*, *remuneratus est*, & נתן *dedit*.

בָּגוֹדָה f. Jer. 3,7. *summe perfida*, ex 2 Synonymis, inusit. בגה, (vid. בָּגוֹי p. 420.) & בגד *perfide egit*, *prævaricatus est.*

בְּדֹלַח *bdellium*, lacryma arboris Arabicæ: quam explicationem multis propugnant SALMASIUS *Exercitat. ad Solinum* p. 809. seq. it. in *Homonym. Hyles Iatr.* c. 109. & *Clericus* in *Commentar.* ad Gen. 2,12. & Num. 11,7. Videtur com-

compositum ex 2 Synonymis Arab. بدع & دلخ *pinguis fuit:* quia *pinguedo*, sec. DIOSCORIDEM Lib. I. c. 77. notabilis ejus proprietas. Sed בְּדֹלַח *margaritam* esse, putat BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. Lib. V. c. 5. contra quem vid. GUSSETIUS p. 117. & CLERICUS l. c. Vulgo *crystallum* intelligunt: quod RELANDUS defendit in *Differt. Miscell.* I. §. 12, 13. Conf. URSINUS in *Herbario* p. 203. seq. Aliorum sententias congessit HEESERUS in אבן העזר ad h. v.

בְּלִיַּעַל *nequam*, Germ. ein Tauge-nicht, ex בְּלִי *non*, & יעל *profuit.*

בְּלִימָה Job. 26, 7. compositum volunt ex eodem בְּלִי, & מָה *quid.* Aliis est vox Simplex, *constrictio, refrenatio*, rad. בלם *constrinxit, obturavit.*

בַּרְזֶל *ferrum*, q. d. *metallum vile*, ex ברר *purificavit*, unde & בֹּר *metallum*, (quod vid. P. I. p. 333.) & זלל *vilis fuit*, de *metallis* Jer. 15, 19. Aliorum Compositiones longius petitas habet HEESERUS l. c.

בָּשְׁנָה q. d. *contemtus pudibundus*, ex בוש *pudefieri*, & שׂנא *odio habere, aversari, despicere.* Aliis נ est Epentheticum, sicut in יֶשְׁנוֹ & קָבְנוֹ. (x).

 גִּבְעוֹל

(x) Quale N frequenter interponunt Arabes. Sic & Armeni, ut ab Hebr. עָב *nubes*, Armen. dicitur AMP sive AMP, a כִּכָּר Armen. est KHANKHAR *talentum*, a Chald. הדם Arm. est ANDAM *membrum* &c. & Latini

גִּבְעֹל *culmus*, sec. HILLERUM & CLERICUM ad Exod. 9, 31. ex 2 Cognatis גבה & עלה, quod *culmi* crescendo sursum *ascendant*.

גִּזְבָּר *thesaurarius*, vox Formæ & usus Persici, a גז *thesaurus, gaza*, cum terminatione Persica, *Possessorem* denotante, בָּר, (ψ) pro communiori בַּר. Conf. GRAVIUS in *Elementis Linguæ Pers.* p. 21. & L. de DIEU in *Rudimentis Ling. Pers.* p. 61.

גַּלְמוּד f. ה, *durissimus*, Metaphor. *plane sterilis*, ex 2 Synonymis Arab. גלד, (alias גרל & עלד,) & גמר *durus fuit*. Conf. Doctiss. A. SCHULTENS *Animadv.* ad Job. 3, 7.

גִּנְזַךְ *gazophylacium*, a גְּנַז *thesaurus*, cum ךְ Formativo, (conf. HILLERUS in *Onom. S.* p. 598.) quale est in סָרַךְ Dan. 6, 3. a שַׂר (ω); vel ex גְּנַז & rad. זכך Arab. *implevit*, alias זכא *auxit*.

גֹּרֶן

---

tini, ut *centum* ab ἑκατὸν, *densus* a δασὺς, *lingo* a λείχω, *magnus* a μέγας, *pango* a πήγω Dorice πάγω, *plenus* a πλέος, *sanus* a σάος, *regnum* a *rego*, &c. Chaldæi illud N loco Dages fortis interponunt.

(ψ) Terminationem hanc æquivalere Germanicæ bar, e. g. in achtbar, notat PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* ad Dan. 3, 2, 3. imo ortus esse Germanici, volunt BARTHIUS in *Adversar.* Lib. LIII. c. 4. & alii apud ANDR. MÜLLERUM GREIFFENHAG. in *Exercitat. Philol.* recusis in CRENII *Fasc. Dissert.* I. p. 18. Similem usum eandem syllabam BAR habere in lingua Malaica, quoties Nominibus præponitur, observat RELANDUS in *Dissert. Miscell.* XI. §. 1. de *linguis insularum Orient.*

(ω) Tale ךְ vel K apud Chaldæos & in plurimis linguis Celticis *Copiam & abundantiam* notare, observat Ven. LOESCHERUS de *Causis L. E.* p. 42. & in

גַּרְזֶן *securis*, sec. AVENARIUM compos. ex גרז *amputavit, abscidit*, & אֵזֶן *instrumentum acutum.*

דִּבְיוֹנִים pl. *stercus columbarum*, sec. Kri 2 Reg. 6, 25. vulgo compositum volunt ex Chald. דָּב *fluxus*, (a דוב *fluere*,) & יוֹנִים *columbæ;* alii Formæ convenientius, ex inusit. דְּבָא *fluxus, profluvium*, rad. inusit. דבא *affluxit, profluxit*, unde & דֹּבֶא *affluentia*, quocum convenit Arab. دَرَبَ *effluxit*. In Kethibh exstat חרייונים, quod *exiguos panes* notare, contendit VERBRUGGE in Observat. de *Nom. Hebr. Plur.* Obs. I. §. 6. seq. coll. חֹרִי Gen. 40, 16. quasi terminatio וֹן sit *Diminutiva*. Sed vid. Sect. VIII. §. 3. *Frumentorum* ac *leguminum purgamenta* & *ejectamenta* ex hypothesi sua intelligit CASP. NEUMANNUS in *Biga Difficultatum Physico-S.* p. 16. Vid. suo loco חָרָא & חֹר. Ad rem vero conf. FULLERUS in *Miscell.* S. L. VI. c. 11. & BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. Lib. I. c. 7.

דּוּכִיפַת BOCHARTO *upupa*, qui componit ex inusit. דוּךְ, Arab. ديك *gallus*, & Syr. ܟܐܦܐ *rupes, saxum*, q. d. *gallus rupis*. Sed unde sic ת cum præced. (-) in fine? Quidni potius ex דוּךְ, cum Jod Paragog. (quale in vocibus Constructis frequens,) דוּכִי, & ex inusit. פַּת *stercus*, a rad. Arab. فتا *ster-*

in *Racemationibus Orient.* §. 9. Contrà apud Persas format *Diminutiva*; vid. GRAVIUS l. c. p. 20. & L. D. DIEU p. 54. imo & apud Græcos, ut πυῤῥίχος; vid. CANINIUS in *Hellenismo* p. m. 230. Apud Arabes quoque vim *blandiendi* habet, monente eodem LOESCHERO de *Caussis L. E.* p. 44.

stercus excrevit, q. d. *gallus stercoris*, Germ. Koth-Hahn, quomodo hanc avem aliquando vocari, observat CYPRIANUS in *Continuat.* FRANZII *Histor. Animal.* p. 1422. quia *stercoribus* vescitur ex iisque nidum exstruit. Conf. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. col. 348. & FRANZIUS in *Histor. Animal.* P. II. c. 10. Aliam conjecturam habet HILLERUS in *Gram. Hebr.* p. 465.

דּוּמִיָּה *silentium*, it. *silens*, *tacita*, *um*, ut Ps. 62, 2. Ps. 65, 2. sec. OPITIUM & STOCKIUM ex 2 Synonymis דום & דמח *silere*.

דְּמֶשֶׁק Amos. 3, 12. *angulus*, ex 2 Synonymis דמח & Arab. שקק *abscidit*. Conf. פֵּאָה, פֵּן & מִקְצוֹעַ.

דְּרִישׁ Esr. 10, 16. *inquisitio accurata*, ex 2 Cognatis Arab. דרא *scivit*, *intellexit*, & Hebr. דרש *inquisivit*. *Compositionem* si scivisset, non *monstro simile* dixisset SPINOSA in *Gram. Hebr.* p. 63.

דַּרְכְּמוֹן, vid. supra p. 641.

הַדֹּבֶר vel הַדָּבָר, (unde הַדֹּבְרוֹ Mich. 2, 12.) *caula*, quo oves *ducuntur*, compos. ex 2 Synonymis הדה *misit*, Syr. הדא, Arab. הדי *duxit*, & דבר Chald. *duxit*, Hebr. *produxit verba*, *locutus est*. Vid. tamen P. I. p. 290. not. (o).

הֻיְּדוֹת pl. *celebrationes*, Neh. 12, 8. compos. ex הוד *gloria*, *laus*, & ידה in Hiph. *celebravit*. Vulgo ad Formam Dagessatam בִּקֹּר refertur, de qua p. 437.

הֵילֵל

הֵילֵל *lucifer*, sec. HILLERUM ex הַל לֵיל i.e. *splendor noctis.*

הַרְאֵל, vid. supra p. 644.

זִלְעָפָה & זַלְעָפָה *æstus*, *ardor maximus*, ex Arab. זלע *cremavit*, & Hebr. זעף *iratus fuit*, *exarsit*, Chald. *flavit*, Syr. in Ethp. *combustus*, *æstu percitus fuit*. Convenit Arab. Quadratum زغفل *accendit.*

זַרְזִיף *sparsio copiosa*, ex 2 Synonymis זרה *sparsit*, & Chald. רזף *sparsit*, *stillavit.*

חֲבַצֶּלֶת quibusdam *lilium*, aliis rectius *rosa*, a *compresso* & *conglobato bulbo*, ex חבץ Chald. *compressit*, *conglobavit*, & בָּצָל *bulbus*, *cepa*; vulgo ex חבב *dilexit*, & צֵל *umbra.*

חָגָּא *titubatio vehementissima*, ex 2 Synonymis diversarum Formarum חגג *in orbem actus fuit*, *titubavit*, *tripudiavit*, & חגא, quod Syr. dicitur pro Hebr. חגג. Vid. tamen P. I. p. 172.

חֶלְבְּנָה *galbanum*, a *pinguedine:* est enim succus *pinguis*, compos. ex חלב *pinguis fuit*, (vid. חָלָב p. 40.) & Arab. בנא *pinguescit.*

חֵלְכָה Ps. 10, 8. & חֵלְכָא, unde pl. חֵלְכָאִים v. 10. *miser*, *tristis*, sec. quosdam ab Arab. חלך *niger*, *obscurus fuit*; recte quidem, sed unde sic אָ in fine? Potius ergo compositum est ex prædicto חלך & Synon. כהה *caligavit*, vel כאה proprie *niger*, *obscurus fuit*, Metaph. *mœstus*, *contur-*

batus fuit, ut Arab. כאא. Masorethæ divisim legunt חֵל כָּאִים h.e. *turba attritorum*, vel, ut alii explicant, *viribus attriti*. Vid. GEIERUS in *Comment*. ad l. c. ל esse Epentheticum & radicem חכה, judicavit CHR. RAVIUS in pec. *Exercitat*. ad JOH. COCCEJUM, quæ exstat in hujus *Operibus Anecdot*. Tom. II. p. 668. seq.

חַלָּמִישׁ *rupes durissima*, ex חלם *validus*, *durus*, *firmus*, *solidus fuit*, & Arab. حمس *validus*, *constans fuit*, in 5 Conjug. *restitit durior*.

חֲנָמַל vel חֲנָמָל *grando*, *excisio segetum*, compos. ex 2 Synonymis, Arab. خنا *succidit*, *perdidit*, & Hebr. נמל vel מול *excîdit*, *abscidit*.

חֲפַרְפֵּרָה *talpa*, vid. P. I. p. 224.

חֲצֹצְרָה *tuba*, FORSTERO recte ab *inciso* & *fracto sono*: componitur enim ex 2 Synon. חצה *discidit*, *divisit*, & צרא Aram. *scidit*, *fregit*, vel quod idem est, ex חצה & Arab. خضر *scidit*, *abscidit*. (a) Conf. שׁוֹפָר p. 212.

חַרְגֹּל *locustæ* species, rad. Arab. Quadrat. *longo agmine ferri*, it. *saltitare*. Ex priore significatione deducit BOCHARTUS; mihi magis placet posterior. Sic Græc. *ἀττάκης* vel *ἀττακὶς* est ab *ἄττω salio*.

חָרוּל

(a) Cl. HACKMANNUS in *Præcidan. S.* Tom. I. p. 254. seq. hoc חֲצֹצְרָה refert ad peculiarem Conjugationem, respondentem Arabum Conjugationi XII. افعوعل.

חָרוּל *urtica*, pro חַרְחוּל, ex חרר vel חרה *arsit*, & Synon. Æthiop. חלל *ussit*; sicut Lat. *urtica* dicitur ab *urendo*.

חַרְטֹם *Magus*, q. d. *obscurorum interpres*, compos. (ut volunt CLERICUS ad Gen. 41, 8. & Doctiss. MILLIUS in *Differt. Select.* VIII.) ex Aram. חור *videre*, & טום vel טמם *claudere*, *abscondere*. Alii aliter. Vid. BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. col. 579. FULLERUS in *Miscell. S.* Lib. V. c. 11. HOTTINGERUS in *Thesauro Philol.* p. 57. PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* ad Exod. 7, 11. HEIDDEGGERUS in *Histor. Patriarch.* T. II. Exercit. XX. Sect. 2. §. 23. WICHMANSHAUSEN in Differt. I. de *Divinationibus Babyloniorum* §. 9. aliique.

חֶרְמֵשׁ *falx messorum*, ex 2 Synonym. Arab. خرم *resecuit*, *succidit*, & חרש Hebr. proprie *cecîdit*, *incîdit*, hinc *sculpsit*: *aravit*.

חַרְצֹב *vinculum*, *funis*, ab Arab. transpos. حضرب, alias حصرم, *valide constrinxit torsitve funem*. Sed HILLERO compositum videtur ex 2 Synon. חרץ & חצב *excîdit*, q. d. *ex bovillo corio excisum*.

חַשְׁמַל, cum ה Paragog. חַשְׁמַלָה Ezech. 8, 2. *metallum χαλκέχρυσον*, i. e. *ex ære & auro conflatum*, sec. BOCHARTUM in *Hieroz.* P. II. Lib. VI. c. 16. compos. ex Chald. נְחָשׁ *æs*, (demto נ per Aphæresin,) & מְלָל *aurum*.

טֵבֵת nomen *mensis decimi*, Decembri nostro ex parte respondentis, ignotæ originis.

טִפְסַר & טַפְסַר *princeps*, compos. ex Arab. טפף *sublimis fuit*, *eminuit supra alios*, & ex שַׂר vel שָׂר *princeps*. Convenit Pers. *Sitrap*, Lat. *Satrapa*, per Metathesin literarum.

יְגַר vox Aramæa Gen. 31, 47. vid. P.I. p. 307.

יְהֹוָה nomen Dei essentiale, vulgo compositum volunt ex 3 Temporibus Fut. Particip. & Præt. q.d. (sec. HILLERUM in *Gram. Hebr.* p. 572.) יְהִי הֹוֶה הָיָה . Vid. tamen supra Sect. VII. p. 554.

יָשְׁפֵה *jaspis*, lapis *fulgidissimus*, *χρυσαλλίζων*, i.e. *instar crystalli pellucidus*, Apoc. 21, 11. (b) compos. ex Arab. شاف *nituit*, *fulsit*, alias שפף *transparuit*, *pellucidus fuit*, (unde foret יָשֵׁף, Formæ יָרֵב,) & ex Arab. שפא *apparuit*, alias שבא *renituit*, unde ה finale. De Jod *Heemantico* vid. supra Sect. VII. c. 2. Eodem modo componit HILLERUS in *Syntagm. Hermenevt.* p. 76. seq. licet ex Verbis alius significationis, שוף & שפה Chald. & Syr. *limare*; sed per *chrysoprasum* exponit.

כּוֹכָב *stella*, GUSSETIUS componit ex כוה *accendit*, *adussit*, & כבה *exstinxit*: quod mane *exstingui*, vesperi *ascendi* videantur *stellæ*. Similiter ORPHEUS *Hymn. in Adon.* *solem* sub Adonidis nomine dixit *σβεννύμενον καὶ λάμποντα*. Vid. tamen P. I. p. 213.

כִּילַי

(b) Ubi tamen & v. 18, 19. per *ἰάσπιδα adamantem* intelligendum putat WEDELIUS in *Exercitat. Medico-Philol.* Cent. I. Dec. X. Exercit. 8.

כֵּילַי & כִּילַי *avarus*, *lucri cupidus*, compoſ. ex כל pro אכל *fruitus fuit*, *commodum cepit* Pſ. 128, 2. Jeſ. 3, 10. Jer. 15, 16. Arab. *quæſtum fecit*, & ex כלה *anxie deſideravit*. Jod finale eſt pro tertia radicali ה. Vid. tamen ſupra p. 595.

כִּכָּר in genere *plane rotundum* quid, ſpec. 1.) *planities*, *tractus terræ rotundior*, Horizonte ſcil. a montibus non obtecto; (conf. פֶּלֶךְ,) 2.) *placenta*, *maſſa panis rotunda;* 3.) *talentum*, menſuræ genus *rotundum:* compoſ. ex 2 Synon. כרך Syr. *circuivit in rotundum*, (unde כִּרְכּוֹ Lat. *circus*,) & Arab. كر *rotundus fuit*, *in gyrum ambivit.*

כְּנַעַן, (unde pl. כִּנְעָנִים Jeſ. 23, 8.) proprie Nomen Propr. *Canaan*, in Appellativum degenerans pro *mercatore* vel *inſtitore*. Sic *Auctum* per Jod כְּנַעֲנִי *Cananæus*, it. *mercator*, *inſtitor:* quod *Cananæi*, maxime Tyrii & Sidonii, eſſent *mercatores* celeberrimi. Compoſitionem ejus habes ſupra p. 637.

כִּסְלֵו *menſis nonus*, incipiens a novilunio Novembris noſtri, a *torpore* & *frigore* ſic dictus, ex Arab. כסל & לוי, quod utrumque *torpere*, *obtorpeſcere*, ſignificat. Conf. Jer. 36, 22. & Joh. 10, 22. cum 2 Macc. 1, 18. Vid. & כְּסִיל.

כַּפְתּוֹר vulgo *malogranatum artificiale*, proprie eſt *ornamentum*, quo ſupremum ædificii vel columnæ *cingi* & *tegi* ſolet, ſec. HILLERUM ex כפר *texit*, & כתר *cinxit*,

Pppp 2 ſec.

ſec. AVENARIUM ex כפף *curvavit*, *reflexit*, & תור proprie *circuivit*.

כַּרְכֹּב *circuitus*, *ambitus*, ex כרך Syr. *circuivit*, & כבב Æthiop. *circumegit*.

כַּרְכֹּום (c) *crocus*, ex 2 Synon. כרך Chald. *involvit*, *texit*, & כמם Arab. *operuit*, *obtexit*, in Paſſ. ſpec. *involucro ſuo tectus fuit flos*, unde كمّ *involucrum*, *folliculus floris*: nam & caulis *croci* involucris gaudet ſquameis, quorum unum alteri infixum, & radicem habet bulboſam, pluribus contectam tunicis, obſervante HILLERO in *Hierophyt.* P. II. c. 5.

כַּרְמִיל, quo etiam nonnulli referunt כַּרְמֶל Cant. 7, 5. *coccinum*, coloris *acutiſſimi*, (coll. P. I. p. 66. not. (a) & p. 102. not. k) compoſ. videtur ex 2 Synon. כרם Syr. *ſecare*, *amputare*, & Hebr. מול *amputare*: Verba autem *ſecandi* etiam notionem *Acuminis* involvere, jam alibi obſervatum. BOCHARTO in *Hieroz.* P. II. col. 725. eſt *purpuræ* ſpecies, ad montem *Carmel* capi ſolita. Conf. RELANDI *Palæſtina* p. 741. 820. & 957.

כַּרְמֶל 1.) *ſpica viridis*; 2.) *arvum viride*: ex iisdem כרם & מול vel מלל. Conf. P. I. p. 174. not. (η). Alii aliter. HILLERUS in *Onomaſt. S.* p. 424. & in *Hierophyt.* P. II.

(c) SCHINDLERUS & KIRCHERUS in *Concordantiis* legendum putant כַּרְכּוֹם, ut conveniat cum Græco κρόκος: quod merito improbatur a MERCERO ad PAGNINI *Theſaurum* p. 1247.

P. II. p. 76. sic dici putat pro כרמר, mutato ר in ל, ad vitandam *κακοφωνίαν*. Sed repetitionem ejusdem literæ in simili casu, maxime ר, Euphoniæ Hebraicæ nequaquam repugnare, patet ex aliis exemplis, ut צְרַצַּר, בִּרְבֻּר, עַרְעָר &c. vid. Sect. III. c. 3. Est & כַּרְמֶל nomen Propr. montis.

כַּרְפַּס Esth. 1, 6. *velum*, *aulæum*, HILLERO ex 2 Synon. כפר & כסה *texit*.

לִוְיָתָן in genere *cetus* vel *draco*, *serpens*, animal *in spiras se contrahens*; (conf. Jes. 27, 1. & Sapient. 16, 5.) in specie vero *crocodilus*, sec. quosdam q. d. לִוְיַת תַּן *additamentum* s. *augmentum draconis*; potius ex 2 Synon. Arab. לוי *flexit*, *plicuit*, *contorsit*: *in spiras se contraxit* serpens, & ex חנא Arab. *flexit*: *flexit se*, *inflexus fuit corpore*. Aliorum Derivationes vid. apud GEIERUM in Ps. 104, 26. לִוְיָתָן vero neque *crocodilum*, neque *cetum* vulgarem, sed dentatum illum esse, quem *Orcam* vulgo vocant, pluribus ostendit TH. HASÆUS in pec. Disquisitione de *Leviathan Jobi & Ceto Jonæ*, edita Bremæ a. 1723.

מְאוּמָה *aliquid*, q. d. מה או מה *quid aut quid*, *hoc vel illud*.

מַאְפֵּלְיָה Jer. 2, 31. *obscuratio*, *caligo maxima*, ex מַאֲפֵל *obscuratio*, *tenebræ*, & Nomine divino יָהּ, quod significationem intendit, ut alia Nomina divina: qua de re exstat pec. Differt. C. H. RITTMEIERI de *Nominibus divinis stylo S. S. rem amplificantibus* hab. Helmstad. a. 1705. & Celeb.

 WOL-

WOLLII de *Usu & Abusu ἀνεξήγητος Nominum divinorum sacræ*, edit. Lipſ. a. 1726.

מָג *Magus*, Jer. 39, 3. vox Perſ. مغ *qui ignem adorat.*

מְחֻסְפָּס *minutum*, Exod. 16, 14. Particip. Pyh. compoſ. ex 2 Synon. Arab. خسف, (unde & חָשִׂיף,) & Hebr. פסס *diminutus fuit:* jungitur enim l. c. cum דַּק.

מְמֻחָיִם pl. (non dual. ut male putat GUSSETIUS, quia acutum eſt,) *medullâ & pinguedine repleta*, Jeſ. 25, 6. ſimile Particip. ut præced. ex מחה, (unde & מֵחַ, quod vid. p. 331.) & חוי Arab. *valde obeſus factus eſt.*

מִנְּזָרִים pl. Nah. 3, 17. *coronati* vel *ſeparati: Naziræi*, compoſ. ex inuſit. מִנְזָר, (quod referendum eſſet ad Sect. VII. §. 8. n. 2.) & נֵזֶר *corona;* vel ex 2 Synon. מנן ſ. מנה, (vid. מָנָה p. 37.) & נזר *ſeparavit.* Aliam *Compoſitionem* habet HILLERUS in *Gram. Hebr.* p. 462.

מִסְכֵּן *pauper*, unde f. מִסְכֵּנוּת *ſtatus pauperis*, *paupertas*, compoſ. videtur ex מסה vel מסס *diſſolvi, liqueſcere,* & נְכָס *facultates, opes*, q. d. *diſſolutus opibus.* Vid. tamen ſupra p. 516.

מָעֻזְּנִים pl. Jeſ. 23, 11. q. d. *habitacula munita*, ex מָעוֹז *munimentum*, & מָעוֹן *habitaculum.* Alii נ ex Dialecto Chald. pro Dages f. ſtare volunt.

מִצְעָר, f. מִצְעִירָה Dan. 8, 9. *valde parva*, compoſ. ex מִצְעָר & צָעִיר. Niſi מ ſit Præfixum ejusdemque uſus, ac in מאין Jer. 10, 6, 7. & מאפס Jeſ. 40, 17.

מְרִירִי

מְרִירִי *summe amarus*, ex 2 Synon. מרר, & מרה 2 Reg. 14, 26. *amarus fuit*. Ultimum Jod stat pro tertia radicali ה.

נָאוָה f. נַאֲוָה *pulcherrimus, valde decorus*, ex 2 Synon. נאה, & נוה Exod. 15, 2. *pulcher, decorus fuit*. Vid. & P. I. p. 45.

נִשְׁאָר Ezech. 9, 8. HILLERO compos. ex נִשְׁאָר שְׁאָר q. d. *relictus reliquiarum*, aliis ex 1 pers. fut. Kal utriusque Numeri, vel ex 3 pers. sing. præt. Niph. & 1 pers. sing. fut. Kal. Posset & compos. esse ex 2 Synon. נאש Arab. in 6 Conj. *retro mansit*, & Hebr. שאר *reliquus, superstes mansit, superfuit*.

נְחֻשְׁתָּן *serpens æneus*, eidem HILLERO ex נְחשֶׁת *æs*, & תַּן *serpens*.

נְכאת, & exspirante א, נְכֹת, *aroma contusum*, HILLERO in *Hieroph.* P. I. c. 21. *oleum contusum*, ex 2 Cognatis נכא vel נכה *percussit, contrivit*, (conf. מַכּוֹת 2 Chron. 2, 9.) & כתת *contudit*.

נִמְבְזָה *summe despectus*, compos. ex Particip. Niph. נִבְזֶה *despectus*, & Nomine Heemant. inusit. מִבְזָה *Objectum contemtus*, (quod referendam esset ad Sect. VII. §. 8. n. 8.) aliis ex 2 Participiis נִבְזֶה & מִבְזָה.

נִשְׁתְּוָן Esr. 4, 7. *epistola*, vox Persica, a نوشتن *scribere*.

סַלְעָם

סָלְעָם species *locustæ voracissimæ*, a rad. Chald. סלעם *absumsit, deglutivit*. HILLERO est pro עָלְסָם, ab עלס *assiliit*, cum ם *Augmentativo*.

סְמָדַר *flos vitis*, vulgo *uva prima*, ab *odore*, compos. ex Arab. شَمّ *olfecit*, unde & סַם, (conf. Cant. 2, 13.) & ex אדר *magnus, excellens fuit*, vel, ut vult AVENARIUS, ex הָדָר *decus, splendor*, i. e. *flos*: unde Verbum Arab. הדר *conspicuos flores habuit*.

סַנְוֵר *excæcatio*, compos. videtur ex Arab. سَنَا *lux, lumen*, & עִוֵּר *excæcavit*, q. d. *elucificatio*, prout *elucificare* dixit LABERIUS pro *oculis privare*.

סְנַפִּיר *pinna piscium*, German. Floß-Feder, conflatum ex Chald. סנף *conjunxit*, & אֵבֶר *ala*; sed Forma est a נבר, unde & אֵבֶר significationem accipit. Quod enim *ala* in volucribus, id *pinna* est in piscibus.

סַרְעַפָּה *ramus*, & שַׂרְעַף *cogitatio*, compos. ex 2 Cognatis שרע alias סרח *extendit se*, (vid. סֵרוּחַ p. 63.) & inusit. סעף Arab. شعب *divisit se*; vid. סְעִיף p. 123.

סִרְפַּד vulgo *paliurus*, incertæ Compositionis.

עַבְטִיט Hab. 2, 6. *calamitas maxima*, ex Arab. עבט *male affecit eum infortunium*, unde عَوْبَط *infortunium*, & Synon. بَطْمَط *calamitas*. Vulgo componunt ex עַב *densitas*, & טִיט *lutum*.

עִוְעִים

עִוְעִים pl. *perversitates maximæ*, ex עוה *iniquus, perversus fuit, inique egit*, (Arab. غوى *erravit, seductus fuit, viam obliquam inivit*,) & Æthiop. ØPP: *deflexit a via recta, seductus fuit.*

עֲזָאזֵל nomen *hirci* in desertum cum peccatis populi Judaici missi, q. d. עז אָזַל *hircus abiens:* qua nulla regularior etymologia, judice HILLERO in *Onomast. S.* p. 292. quam & GUSSETIUS in *Comment. L. E.* defendit contra BOCHARTUM in *Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 54. cui vox Simplex est, ab Arab. עזל *separavit*, geminatis radicalibus. BOCHARTO fere assentiuntur NOLDIUS in *Concord. Part. Hebr.* p. 1006. MAJUS in *Histor. Animal.* p. 556. seq. RELANDUS in *Antiq. Hebr.* p. 434. & alii. Sed vid. in contrarium PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* ad Levit. 16. VAN DER WAYEN in *Variis S.* Diss. de *Azazel* §. 78. & 81. Celeb. D. HEINIUS in *Observat. S.* L. II. c. 4. maxime SPENCERUS de *Leg. Hebr. Rit.* Lib. III. Diss. 8. c. 1. qui componit ex עַז *fortis*, & אזל, quem & CREMERUS sequitur in *Exercitat. Propb. Typ.* p. 104. Ex עַז *fortis* & אֵל, post R. HAGGAONEM, conflatum videtur LE MOYNIO in *Variis S.* Not. ad Barnabæ Epist. p. 654. Ex Arab. עזז *durus fuit*, & אזל *in angustia versatus est*, componit CLERICUS ad Levit. 16, 8. q. d. *locus arctus & petricosus.* Aliter denique IURIEUS in *Histor. Dogmatum & Cultuum* p. 341. qui עֲזָאזֵל, post KIMCHIUM, sic dici putat q. *locus, quo* אזל עז *hircus abit.* Sunt, qui Nomen Proprium esse volunt, idque Ægyptiacum, ut placet WITSIO in *Ægyptiacis* Lib. I. c. 7. §. 14. & MARSHAMO in *Can. Chron.* ad Sec. IX. p. 205.

עֲזָנְיָה *aquilæ* species, a *robore*, vulgo *haliæetus*, BOCHARTO μελανάετος, qui HOMERO est κάρτιστος πετεηνῶν. Lat. *Valeria*, compos. ex 2 *Synonymis* Hebr. עזז & Arab. ناه *validus fuit.*

עֲטַלֵּף *vespertilio*, varie componunt: plurimi quidem ex עיט *avis*, & עלף, BOCHARTUS ex עוף *avis*, & טלל Aram. *umbra*, HILLERUS ex עֲלָטָה *tenebræ*, & עוף *volare*, vel עֵיפָה *caligo*, ALBERTUS SCHULTENS ex Arab. عطل *caliginosa fuit* nox, & עוף *volare*. Sed Dages f. in ל mediano compositionem insinuat ex 2 Synon. עטף & עלף *texit se*: quia avis illa per diem sese *abscondit*. Conf. כוס Part. I. p. 391.

עַכָּבִישׁ *aranea*, ex Arab. עכש *telam texuit* (araneus), & שבך *implicavit, reticulato opere struxit.*

עַכְבָּר *murus*, proprie *agrestis*, ut videtur BOCHARTO, qui componit ex עכל Chald. *consumsit*, & בַּר *ager*, extrito ל. Sed regularius deducitur ex עכר proprie *fricuit, contrivit, extrivit*, (Græc. τρίβω, ἐκτρίβω, vid. LXX. Jos. 6, 18.) Metaphorice *afflixit, vexavit*, ut Arab. transpos. ערך, & ex בָּר *frumentum.*

עַכְשׁוּב *aspis*, ex 2 Synon. עכב Arab. *fervidus fuit*, & שׁוּב *arsit: inflammavit*, Arab. שבב *accendit*. Conf. פֶּתֶן, שָׂרָף, & vid. quæ de *ardentissimo aspidis veneno* habent BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II. Lib. III. c. 5. & CYPRIANUS in *Contin.* FRANZII *Histor. Animal.* p. 3353. seq.

עֲלִילָה

עֲלִילִיָּה *opus, actio singularis & eximia*, ex עלל *fecit, egit*, & ex Synon. (in hoc sensu tamen inusit.) עלה; AVENARIO ex עֲלִילָה & Nomine divino יָהּ, q. d. *opus divinum.*

עֻלְפֶּה Ezech. 31, 15. *languor, marcor frondium*, vel *languens & marcescens frondibus*, ex עלף *texit*, Metaphor. *defecit, languit*, & ex עֳפִי *frons*; vel ex 2 Synon. עלף & עפא Syr. *involvit*, Samar. עפי *texit, operuit.*

עֲקַלְקַלּוֹת *tortuosus*, compos. ex 2 Cognatis עקל *tortuosus, intortus fuit*, & ex inusit. חון vel חנן, Arab. חנא *inflexit: inflexus fuit.*

עַקְרָב *scorpio*, sec. BOCHARTUM a *magnitudine aculei*, ex עקם vel עקץ Aram. *pupugit*, & רַב *magnus*; sec. HILLERUM ex עקר *exstirpavit*, & אָב *pater*, unde & Lat. dictus *nepa*, i. e. *necans patrem.* Est quoque genus *virgæ* 1 Reg. 12, 11. de quo plura vid. apud BOCHARTUM in *Hieroz.* P. II. col. 644. & apud HILLERUM in *Hieroph.* P. I. c. 42. qui per עקרבים l. c. intelligit *rhamnos* vel *rhamnorum aculeos.*

עַרְעָר *arbor nuda & solitaria* Jer. 48, 6. & עֲרִירִי *sterilis, nudus a liberis*, utrumque ex ערה *nudus fuit*, & inusit. Synon. ערר.

עֲרָפֶל *caligo maxima*, HILLERO in *Onom. S.* p. 411. & HOTTINGERO in *Analysi Jobi* c. 22, 13. ex ערב *obtenebratus*

tus est, Arab. per Gain, *occidit sol*, & ex אפל Arab. *occidit sol.*

עַשְׁתָּרָה *grex ovium*, al. *fœmella ovis*, a *summa fœcunditate*, sec. CORNELIUM A LAPIDE, COCCEJUM & HILLERUM ex 2 Synon. Hebr. עשר & Aram. עתר *abundavit, dives fuit vel factus est.*

פָּארוּר, & א exspirante, פָּרוּר, *olla*, a *maxima fragilitate*, compos. ex פור *frangere: frangi*, (cujus radicis indicium est א,) & ex Arab. פרר *findere*, unde Geminat. פרפר Chald. & Arab. *frangere.*

פִּילֶגֶשׁ & פִּלֶגֶשׁ *pellex*, vulgo compositum creditur ex פלג *divisit, dimidiavit*, & אִשָּׁה *mulier*, q. d. *uxor divisa & dimidiata*, vel *divisio uxoris legitimæ*. Sed HILLERUS Formæ convenientius deducit ex פלג & שֵׁגַל *uxor.*

פְּלִילִיָּה *judicium, diremtio litis*, compos. ex פלל Arab. *rupit*, hinc Hebr. *judicavit*, & ex פלה Chald. פלי *separavit, diremit*. Vid. פְּלִילָה.

פַּלְמֹנִי *nonnemo*, ὁ δεῖνα, q. d. *occultus & silentio præteritus*, HILLERO ex פְּלֹנִי & אַלְמֹנִי contractum.

פַּנַּג Ezech. 27, 17. varie exponitur. Sæpius laudato HILLERO in *Hieroph.* P. II. p. 51. idem est cum Græco πάναξ vel πάνακες, URSINO in *Herbario Bibl.* p. 99. ὀποπάναξ i. e. *succus panacis.*

פַּעְנֵחַ

פַּעְנֵחַ nomen Epitheton Josephi, Gen. 41, 45. PFEIFFERO in *Dub. Vex.* ad l. c. & in pec. Exercitat. צָפְנַת פַּעְנֵחַ idem est cum Coptico πιζοντπανίχα *abditorum index.* Qui ex Hebr. componunt, ut HILLERUS in *Onom. S.* VITRINGA in *Observat. S.* coactiora afferunt.

פְּקַח־קוֹחַ, vid. P. I. p. 225.

פַּרְבָּר 1 Chron. 26, 18. (quidam legunt פַּרְכָּר, cum כ,) sec. BUXTORFIUM, GUSSETIUM & alios compos. ex Chald. פר vel פריר *pars*, & ex בַּר vel בָּרָא *foris, extra*, q. d. *pars exterior.* Hujus pluralem volunt esse פַּרְוָרִים 2 Reg. 23, 11. (permutatis ב & ו,) quod *suburbia* explicant, q. d. *partes urbis exteriores.*

פַּרְדֵּס *paradisus*, vulgo pro peregrino habetur, scil. vel Armenico, (quod volunt CASTELLUS & Celeb. SCHROEDERUS in Dissert. *Thesauro Armen.* præmissa p. 56.) vel Persico, vel Græco. A radice Arab. Quadrata פרדס *humi stravit, impegit*, deducunt PFEIFFERUS & OPITIUS, ut sit *hortus quivis plantatus* vel *palis impactis munitus.* Compositio ex פרה & הֲדַס nimis anguste habitat. Omnium optime & analogiæ convenientius HILLERUS componit ex 2 Synon. פרד & פרס *separavit, secrevit, distinxit*, q. d. *locus septo separatus.*

פַּרְעשׁ *pulex*, ex פרשׁ *pupugit*, & עשׁשׁ *erosit: erosus est;* (vid. עָשׁ p. 621.) vel potius ex פרש & Arab. عاث

 ictus

ictus inflixit. Aliam Compositionem habent BOCHARTUS & HILLERUS.

פַּתְשֶׁגֶן & פַּרְשֶׁגֶן *exemplar, apographum,* q. d. *expositio diversa,* ex פתר, alias פשר & פרש *interpretatus est, exposuit,* & ex שׁגן Syr. *diversus fuit.*

פַּרְשְׁדוֹן *podex,* derivant ex פֶּרֶשׁ *fimus,* & שרה Chald. *effudit, ejecit.*

פַּרְתְּמִים pl. vocabulum Persicum, HOTTINGERO & LUDOVICO de DIEU ex بَالَا *altus,* & دَمْ *spiritus,* q. d. *magnanimi;* sed PFEIFFERO & OPITIO a Verbo *parteminden prosternere in terram,* q. d. *fortes heroës.* Quidam conferunt Græc. πρῶτοι, vel πρότιμοι, παράτιμοι. Vid. DRUSIUS in *Observat.* Lib. XII, c. 14. & PERIZONIUS in *Ælianum* Lib. IX. c. 39.

פַּתְבַּג compositum putatur ex פַּת *frustum,* & בַּג *cibus;* rectius ex פתח Hebr. *allectus fuit,* Æthiop. ፈተወ: *desideravit, cupivit, exoptavit,* & ex בַּג, q. d. *cibus expetitus & gratus: cupediæ, bellaria,* ut Syr. ܦܬܓܡܐ. Conf. לחם חמודות Dan. 10, 3.

פִּתְגָם *sententia,* (Græc. φθέγμα,) *decretum, judicium decisum,* ex פתח *fregit,* (ad quod conf. בור P. I. p. 84.) & Chald. גמה vel גמא *decîdit, decrevit;* vel ex פתח Hebr. *aperuit, pandit, explicuit,* Arab. *jus dixit,* Æthiop. *judicavit,* (unde & ፍትሕ: *judicium, sententia,*) & ex נמא, omisso ה.

פְּתִיגִיל

פְּתִיגִיל genus *ornamenti muliebris*, HILLERO conflatum ex פְּתִיל גְּלִיל, in *Onomast. S.* p. 412. & *Gram. Hebr.* p. 468.

צַוָּאר, femel fine א, צַוָּר Neh. 3, 5. *collum*, ex 2 Synon. צרר & צור *ligare:* quia torquibus & collaribus *ligari* folet. Sic Chald. עוּנְקָא, Arab. عُنُق *collum*, eft a rad. ענק *cinxit*, Æthiop. *collo circumdedit torquem*, Arab. in 4 Conjug. *collari cinxit*. Et Lat. *collum* dictum volunt a *colendo*, quia torquibus *coli* foleat. Alii צַוָּאר ab *arcto meatu* fic vocari putant. Sed Jud. 5, 30. commode explicatur *monile*, *torques*, qui collo *alligari* folet, ficut צַוְּארֹן. Conf. quoad א medianum פְּארוּר.

צַלְמָוֶת *umbra mortis*, σκιὰ θανάτου, Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. ex צֵל *umbra*, & מָוֶת *mors*. Sunt, qui Simplex effe volunt, ut LUD. de DIEU ad Job. 12, 22. LAUR. FABRICIUS apud BOHEMUM in *Gram. Hebr.* p. 53. GEIERUS in Pfalm. 23, 4. & Pf. 107, 10. J. A. KROMAYERUS ad Job. 3, 10. & Amof. 5, 8. & alii, a rad. Æthiop. צלם, Arab. ظلم, *obfcurus*, *tenebrofus fuit*, unde etiam צֶלֶם & צַלְמוֹן. (d)

צִנְתְּרוֹת

(d) Quo pacto terminatio וֶת æquivaleret terminationi וּת, ficut in Derivatis a Quiefcentibus media radicali Vau, (וֹ) & (וּ) æquipollent, vid. Sect. V. §. 8. Sic Propr. דָּרְיָוֶשׁ Hagg. 1. 1. eft pro דָּרְיוּשׁ, unde Græc. Δαρεῖος, Lat. *Darius:* ex quo exemplo DRUSIUS in *Alphab. L. S.* RICH. SIMON in *Histor. Crit. V. T.* Lib. I. c. 24. TH. HYDE in *Histor. Relig.*

tibus Animalium Lib. IV. ὄνυχες τοῖς ἀνθρώποις ἐπικαλυπτήριον· σκέπασμα γὰρ τῶν ἀκρωτηρίων. Et HARTNACCIUS in *Admirandis Physicis* p. 657. Digiti manuum pedumque unguibus muniti: manus enim *teguntur*, ut apprehendant firmius, pedes *teguntur*, ut ambulemus securius.

קוֹמְמִיּוּת Levit. 26, 13. *erectio*, *elatio*, ob Formæ insolentiam haud incommode refertur ad Composita ex 2 Synonym. קוּם *surgere*, *se erigere*, & קמה Arab. *caput efferre*.

קִמּוֹשׂ & קִימוֹשׂ *urtica*, *tactum* urendo *ulciscens*, compositum videtur ex נקם *ulcisci*, & מוש vel משש *tangere*, *palpare*.

קִיקָיוֹן *ricinus* frutex, ita dictus a vehementi *vomitu*, quem grana ejus movent, teste DIOSCORIDE, ex 2 Synon. diversæ Formæ קוא & קיה, (unde Imperat. קְיוּ Jer. 25, 27.) Arab. & Æthiop. קיא, *vomere*. Conf. HILLERUS in *Hierophyt*. P. I. c. 55. & URSINUS in *Herbario Bibl.* p. 112. Aliorum explicationes vid. apud BOCHARTUM in *Hieroz.* P. II. col. 293. & 623. DRUSIUM in *Quæstion. Hebr.* Lib. II. qu. 44. DIETERICUM in *Antiq. Bibl.* ad Jon. 4, 6. SENNERTUM in *Scrutinio LL. OO.* PFEIFFERUM in *Dub. Vex.* ad l. c. & in *Exercitat. Bibl.* p. 143. seq. BALTH. SCHEIDIUM & WEIDLINGIUM in pec. *Differt.* de h. v. & apud alios.

קִיקָלוֹן q. d. *vomitus ignominiosus*, compositum putatur ex קִיא *vomitus*, & קָלוֹן *ignominia*.

קְלוֹקֵל *vilissimus*, conflatum ex 2 Synonymis קלה & קלל, vid. supra p. 637.

קִנָּמוֹן *cinnamomum*, compos. sec. HILLERUM ex קֵן *nidus*, & אָמוֹן; sec. RELANDUM in *Dissert. Miscell.* ex קָנֶה. Sed vid. supra p. 579.

קִפּוֹד *erinaceus*, BOCHARTUS compositum putat ex קָנֶה *spiculum*, & אפד *amicivit*. Sed vid. p. 421.

קַרְדֹּם *securis*, ex 2 Synon. Arab. קרט *secuit*, & Hebr. דםם *succisus, excisus est*, in Pih. *excîdit*.

קַרְסֹל *talus*, incurva & mollis illa calcanei pars, qua mediante *molliter incedimus*, ex קרס *curvus fuit*, & Arab. רסל *molliter incessit*.

קַרְקַע *fundamentum stratum*, ex קרע Arab. in 4 Conjug. *laterculis stravit*, unde & قريعة *fundamentum*, & ex קער Arab. *humi stravit: fundo instruxit*; vel ex קרע & Hebr. רקע *expandit*.

רַפְסֹדָה *ratis*, ex Arab. رمث *concinnavit*, (unde & رَمَثٌ *ratis*, Æthiop. ረምስ:) & רפד *stravit*, q. d. *stratum trabium concinnatum*. Quibusdam compos. videtur ex רפד & יְסוֹד *fundamentum*.

שַׁבְּלוּל *limax, cochlea*, BOCHARTO aliisque ex ישב & לול *cochlea, gradus*: quod *in testa habitet*, quæ in modum *gradus* inflexa est.

שדי

שַׁדַּי nomen divinum, q. d. *prævalens sufficientia*, *omnipotens*, αὐτάρκης, ex שדד Arab. in 3 Conj. *prævaluit*, & ex דַּי *sufficientia*. Aliorum derivationes vid. apud BUXTORFIUM, HOTTINGERUM & PFEIFFERUM in pec. Dissertationibus de *Nominibus divinis*, it. apud LEUSDENUM in *Philologo Hebr*. Dissert. 31. HILLERUM in *Onomast. S.* p. 324. seq. & alios. Vid. quoque supra p. 597.

שָׂהֲדוּתָא Gen. 31, 47. vox Aramæa, Syriace ܣܗܕܘܬܐ, *testimonium*, rad. סהד Chald. & Syr. *testari*.

שַׁלְאֲנָן *summe tranquillus*, compos. ex 2 Synon. שלה & שַׁאֲנָן *tranquillum esse*.

שַׁלְהֶבֶת *flamma vehementissima*, vulgo ad לַהַב vel לַהֶבֶת referunt, ut ש sit Prostheticum ex usu Aramæo, quale ש est in Verbis Chald. שכלל. שלחף. שעבר. a כלל, עבר. חלף, in Syr. שמלי a מלא &c. Vid. HILLERUS l. c. p. 125. & 598. (e) Sed cum ש tale in Hebraismo plane

 info-

(e) Ejusmodi S etiam Græci ab initio addere solent, ut in σκνίψ, σμάραγδος, σμερδνός, σμήρινθος, σμικρός, σμυκτήρ, σμύρνα &c. idque maxime Æoles & Siculos facere, (qui dicunt σμῦς, σμογερὸς, pro μῦς, μογερὸς &c. quos Latini in multis imitantur, ut a γρῦτα, Æol. σγρῦτα, Lat. *scruta*,) observat SALMASIUS ad SOLINUM p. 33. & 124. Tale vero S magis nudum sibilum esse, quam literam, contendit RICH. SIMON in *Histor. Crit. V. T.* Lib. I. c. 15. ubi & observat, eundem sibilum frequentem esse in lingua Osca, unde *Camenas* Osci *Casmenas* dixerint. Idem S & Germani addunt, ut Schnur, a Lat. *nurus*, Schatz a *gaza*, Specht a *picus*, spahren a *parco*, Schade a Græco ἄτη, schnarchen ab Hebr. נחר, schreyen a רוע &c.

insolens sit, satius erit, & hoc exemplum *Compositis* accensere, ut sit ex שוב Syr. *arsit: inflammavit*, Arab. שבב *accendit*, & ex לֶהָבָה; vel ex Arab. شهاب *ignis accensus*, *flamma radios diffundens*, & לֶהָבָה. Hinc descendit novum *Compositum* שַׁלְהֶבֶתְיָה *flamma Domini*, Cant. 8, 6. cum Nomine divino יָהּ, excidente Mappik. Sed BEN-NAPHTALI & qui eum sequuntur, divisim legunt שַׁלְהֶבֶת יָהּ.

שְׂמֹאל *sinistrum latus*, *sinistra manus*, compos. ex 2 Synon. Arab. شأم *sinister fuit*, vel شمأل *sinistra pars*, & شمل *sinistrum latus cepit*, *ad sinistrum latus fuit vel ivit*.

שָׁמַיִם *cœlum*, primo usu *expansum* significat sive *aërem cum nubibus:* quod nominis ab ipso Deo *expanso* impositum legimus Gen. 1. v. 6, 7, 8. Vulgo ad *Simplicia* refertur, ut sit Dualis, a sing. inusit. שָׁם. Sed cum nulla ratio *Dualitatis* reddi possit, Judæorum sententia minime videtur absurda, שָׁמַיִם compos. esse ex שָׁם & מַיִם, si שָׁם accipiatur pro *remoto & alto*, ut nonnulli exponunt. Est enim שָׁם illud a rad. Arab. سما *altus fuit*. Unde שָׁמַיִם erit *aqua superna*. Aliorum derivationes vid. apud MAJUM in *Differt. S.* Loc. III. c. 1. §. 30. J. J. SCHUDT in *Trifol. Hebr.* p. 516. G. THYMIUM in pec. *Differt.* de h. v. habit. Lips. 1670. & G. OUTHOVIUM in *Biblioth. Brem.* Class. VIII. Fasc. I. Diss. 8. & apud alios.

שֶׁמֶשׁ *sol*, q. d. *ignis supernus*, non incommode componitur ex eodem سما *altus fuit*, & אֵשׁ *ignis*. Vulgo a Chald.

Chald. שמש *ministrare*, deducunt, quod fit quasi quidam diei *minister*: quæ nominis ratio non convenit cum Gen. 1, 16, 18. Sed plur. f. שְׁמָשׁוֹת Jes. 54, 12. *soles artificiales*, (sicut fœm. יָדוֹת, פְּעָמוֹת, *manus*, *pedes artefacti*, &c.) vulgo *specula*, al. *fenestræ*; LXX. ἐπάλξεις reddunt, Vulgatus *propugnacula*, quod defendit VITRINGA in *Commentar.* ad l.c.

שֶׁנְהַב *dens elephanti*, *ebur*, sec. BOCHARTUM ex שֵׁן *dens*, & Arab. קהב vel אקהב *elephas*, eliso ק. Aliam Compositionem habet MAJUS in *Histor. Animal.* p. 133. seq.

שַׁעַטְנֵז *heterogeneum*, varie componitur. Ab AVENARIO, ex mente Hebræorum, deducitur ex שעי Chald. *pexuit*, טוה *nevit*, & נוז *contorsit*; ab HILLERO ex Chald. שוע, Hebr. שעה Jes. 32, 3. *obductus est*, ex אֵטוּן *filum*, & זנה *scortatus est*, q. d. *obductum filo meretricio*: a BOCHARTO simplicius ex Arab. ساط, (Æthiop. ሰወጠ: per צ & ע,) *miscuit*, & ex inusit. נֵז *filum*, (rad. Chald. נזה,) q. d. *mixtura filorum*, *mixtum diversis filis*: quam sententiam comprobat SPENCERUS de *Legibus Hebr. Rit.* Lib. II. c. 21. Sect. I. PFEIFFERUS denique in *Dub. Vex.* ad Levit. 19, 19. ex lingua Coptica ejus originem arcessit.

שַׁעֲרוּרִיָּה *horror maximus*: *summopere horrendum*, compos. ex 2 Synon. שער *horruit*, & Arab. ערא *tremore correptus est*.

שְׁקַעֲרוּרָה *profunditas, locus depressior*, sec. Autorem *Michlal Jophi* ex שקע *submersus, in profundum depressus est*, & שער *horruit*, q. d. *cavitas* f. *profunditas fœda*; sed unde sic alterum ר? potius ergo compositum est ex 2 Synon. שקע *demisit se, desedit, in profundum depressus est*, & Arab. ערך *descendit*, alias غار *descendit, depressus, demersus est, profundus fuit.*

שַׁרְבִיט vulgo idem putatur esse cum שֵׁבֶט *sceptrum*, quasi ר Epentheticum sit, sicut in כרס pro כס Dan. 5, 20. (f) AVENARIUS & CASTELLUS compositum volunt ex שַׂר *princeps*, & שֵׁבֶט, q. d. *sceptrum principis*. Melius quadrant 2 Synon. שרב Syr. *extendere*, & שבט Syr. id. unde & שֵׁבֶט. Hinc Verbum Quadratum שרבט Chald. *extendere.*

שַׂרְעַף, vid. supra p. 658.

תֵּבֵל *terra habitabilis & frugifera*, ex Arab. ثوى *habi-*

(f) Tale R Epentheticum Arabibus frequens est, ut ערקוב *calcaneus*, ab Hebr. עָקֵב, imo & Æthiopibus, vt ገረሰሰ፡ *palpavit, palpando quæsivit*, ab Hebr. משש. Sic Latinis, ut *aura* a Græco αὔω, *coriandrum* a κορίαννον, *flagro* a φλέγω, *mercor* ab Hebr. מכר, *nurus* a νυός, *tolero* a τλάω, *marceo* a *macies*, *spectrum* a *specio* f. *specto*. Chaldæi ejusmodi ר pro Dages f. adsciscunt: exempla vid. apud BOCHARTUM in *Geographia S.* p. 269. 632. & in *Hieroz.* P. I. col. 669.

habitavit, (unde & תָּא,) & יבל *provenit*, (unde יְבוּל & בול *proventus*,) vel Arab. בלל *seminavit terram*, in 4 Conjug. *fructum protulit*.

תַּלְפִּיּוֹת pl. *armamentaria*, in quibus *suspenduntur arma* Cant. 4, 4. conf. Ezech. 27, 10, 11. compositum putatur ex תלה *suspendit*, & פִּיּוֹת *gladii* vel quævis *arma acuta*.

תַּנּוּר *fornax*, ignem & calorem præstans, compos. ex נתן *dedit*, (primâ radicali Nun per Aphæresin abjecta,) & נור Chald. *ignis*; vel ex אתון Aram. Æthiop. & Arab. *fornax*, (quod est a תנן Arab. *fumavit*,) & נור, q. d. *fornax ignis*, pro quo Chald. divisim dicitur אתון נורא Dan. 3, 6.

תַּפּוּחַ *malus* arbor & *malum* fructus, ex eodem נתן & פוח Hebr. *flare*, Syr. in Pah. *refrigerare*, Arab. *odorem exhalare, fragrare*: quia *poma*, maxime vero *citrea*, (ut תַּפּוּחַ a quibusdam exponitur, vid. MAJUS Fil. in *Observat. S.* P. I. p. 62. seq.) non tantum *odorem* gratum spirant, (vid. Cant. 7, 9.) sed etiam, præsertim si sint subacida, cordi ac ventriculo haud exiguam *refrigerationem* afferunt. Vulgo tamen ת pro *Heemantico* habetur, ut radix sit נפח: vid. ergo supra p. 540.

תְּרוּמִיָּה *separatio: oblatio*, compos. ex diversis Formis, ex רום & רמה; vid. תְּרוּמָה p. 535.

תַּרְשִׁישָׁא

תִּרְשָׁתָא censetur esse vocabulum dignitatis & officii. CASTELLUS exponit *judicem, censorem*, a *severitate*, coll. Pers. ترش , تروشت *austerus, severus:* quod etiam PFEIFFERO in *Dub. Vex.* ad Esr. 2, 63. & HILLERO in *Onomast. S.* p. 660. placet. GUSSETIUS confert Græc. Τιθραύςης apud ÆLIANUM *Var. Histor.* Lib. I. c. 21. Videtur fuisse cognomen Nehemiæ, coll. Esr. 2, 63. & Neh. 7, 65. c. 8, 9. quod ille accepit a *zelo* & *severitate*, quam multoties prodidit, vid. Neh. 5, 6. seq. c. 13, 8, 11, 17, 21, 25, 28. Conf. quoque HILLERUS l. c. Aliorum Derivationes & Compositiones ex Hebr. vid. apud PFEIFFERUM l. c. Sed vel ipsa terminatio & Accentus vocis peregrinitatem arguunt. Vid. similis terminationis Nomina *Peregrina* Jes. 37, 9. 2 Reg. 19, 9. Esth. 9, 7-10.

EXER-

EXERCITATIO PHILOLOGICA

DE

TRIBUS VOCIBUS VEXATISSIMIS

דּוּדָאִים, זַרְזִיר ET תַּחַשׁ,

QUA

USUS SIGNIFICATIONIS FORMALIS

IN ENUCLEANDIS VOCIBUS DIFFICILIORIBUS DEMONSTRATUR,

QUONDAM AD

BIGAM VIRORUM DOCTORUM

ANIMO CONSCRIPTA GRATVLABUNDO,

JAM VERO NOVA FACIE DENUO IN LUCEM EDITA.

HALÆ MAGDEB. A. C. MDCCXXXV.

I. N. I.

§. 1.

Ingenioſe ac ſubtiliter Hebræorum מרקדקים h. e. *Grammatici*, a *ſubtilitate* dicti, *Formas* Nominum ſuorum משקלים *pondera*, appellant (α): quod, ſicut *ponderibus* rerum gravitas examinatur & cognoſcitur, ita ex *Formis* Nominum eorundem origo, flexio & mutatio, imo & ſignificatio, æſtimari poſſit atque dijudicari. Ex *Forma* Nominis judicium ferri poſſe de ejusdem origine & mutationibus, omnibus Grammaticis, tam Judæis quam Chriſtianis, cognitum eſt exploratumque. Sed ad *Formam* Nominum ponderari & perpendi poſſe ipſam *Significationem*, non pauci quoque Eruditorum jam dudum perſpexerunt non ſolum, ſed & ſubinde in hunc campum exſpatiati ſunt. (β).

§. 2.

Iisdem ergo adhibitis משקלים & ego Nomenclaturam Hebraicam ad rationis trutinam ex aliquo abhinc tempore exegi. Neque id ſine omni ſucceſſu. Probavit ſe labor ille meus Viris nonnullis eruditione Hebraica Clariſſimis, quorum judicio graviſſimo etiam præſens

(α) Vid. ELIAS LEVITA in ספר הבחור Orat. III. Fundam. I.

(β) Vid. *Arcanum* Sect. I. §. 3. not. (*), Sect. VII. §. 1. not. (**) & Sect. VIII. §. 3.

ſens hoc *Specimen* ſubjicio, eo fine conſcriptum, ut varium hujus doctrinæ *Uſum* in enucleandis vocibus difficilioribus commonſtrem. Poteſt enim inter alia (γ) ex *Forma* de vocibus controverſis accuratius ferri judicium, atque ex tot ſententiis verior ſemper & convenientior eligi. Res eſt in propatulo. Concluſio per omnia fit a *notioribus* ad *ignotiora*. Exemplo ſint tres voces vexatiſſimæ דּוּדָאִים, זַרְזִיר & תַּחַשׁ. In quorum disquiſitione ita procedam, ut primo varias Interpretum ſententias in medium proferam; deinde genuinam *Formæ* Nominis dabo ſignificationem, ex inductione ſingulorum exemplorum Biblicorum erutam; denique ſententiam *Formæ* convenientiorem eoque veriorem eligam atque ſtabiliam.

§. 3.

Occurrit Nomen דּוּדָאִים Gen. 30,14,15,16. Cant. 7,14. & ſec. quosdam (δ) Jer. 24,1. varieque exponitur. Communis eaque inveterata eſt opinio, *Dudaim* fuiſſe *mandragoras* (ϵ). Aliis eſt *florum* genus, ut vel *lilia*

(γ) Vid. *Arcan.* Sect. I. §. 15.

(δ) Vid. *Arcan.* p. 206.

(ϵ) Sic poſt Interpretes Vulgat. LXX. AQUIL. Chald. Syr. Arab. & Judæos nonnullos, ut ABEN-ESRAM, R. SALOMONEM BEN MELECH in *Michlal Jophi* ad Gen. 30. KIMCHIUM, IOSEPHUM in *Antiquit. Jud.* Lib. I. c. 19. ſen-

lia (ζ), vel *violæ* (η). PISCATOR, JUNIUS & TREMELLIUS reddunt per *flores amabiles* (ϑ). Aliis est aliud quid, ut *balsamum* (ι), *mala citrea* (κ), *nuces juglandes* (λ), *tubera*,

sentiunt CORN. A LAPIDE & VATABLUS ad l. c. LEV. LEMNIUS in *Herb. Bibl.* aliique apud LUDOLFUM in *Commentar.* ad *Histor. Æthiop.* p. 144. Præ ceteris hanc sententiam adornarunt FULLERUS in *Miscell. S.* Lib. VI. c. 6. URSINUS in *Herbar.* Lib. II. c. 6. DRUSIUS in spec. Tract. de *Mandragoris*, DIETERICUS in *Antiq. Bibl.* ad Eccl. 2. STUCKIUS in *Antiq. Convival.* Lib. III. c. 8. JOH. MEY in *Comment. Phys.* p. 57. seq.

(ζ) LUTHERUS Cant. 7, 14. PFEIFFERUS in *Dub. Vex.* Cent. I. Loc. 59. (qui tamen in *Exercitat. Bibl.* p. 57. *flores amabiles* intelligit,) OPITIUS & STOCKIUS in *Lexicis*, OLEASTER in *Comment.* in Genesin, FR. GEORGIUS VENETA Tom. I. *Problem.* 215. & alii.

(η) Sic ex Judæis quidam, ut RASCHI, (qui reddit per סגלין, de qua voce vid. BUXTORFIUS in *Lexico Talm.*) ELIAS LEVITA, R. LEVI &c.

(ϑ) Quibus accedunt OLEARIUS in *Exposit. Bibl.* ad Gen. 30. & MAIUS Fil. in *Obs. S.* Lib. I. ad Gen. 30, 14. qui tamen cæterum pro *rosa* pugnat. *Flores* vel *fructus* a similitudine *corbium* sic dictos, (coll. Jer. 24, 1, 2.) vel *corbes*, quibus hortulani flores fructusque pretiosiores implantant, (Orangerie-Töpffe,) intelligi posse, putat WOKENIUS in *Observat. Philol.* ad Cant. 7, 14.

(ι) Sic enim Targum explicat Cant. 7.

(κ) D. A. CALMET in *Observat.* ad Genesin, & in *Dictionario Bibl.* ad voc. *Mandragora.* Sic quidam apud FORSTERUM in *Lex.* reddiderunt per *poma gratissimi odoris & saporis.*

(λ) Ut fere Interpres Habessinus intellexit, de quo conf. LUDOLFI *Lex. Æthiop.* col. 385. & AMHAR. col. 61.

(μ) PHIL-

ra, Gall. *truffes*, (μ), *melonis* genus (ν), *halicacaba* (ξ), *cerasa* (o), *ficus* (π), ſpec. *ficus Indica*, Orientalibus *Maus* ſive *Mus* dicta (ϱ), *amomum* (σ). Ut alias conjecturas (τ) taceam, quas recenſent FULLERUS, PFEIFFERUS, HILLERUS l. c. HEIDDEGGERUS in *Hiſtor. Patriarch.* Tom. Poſter. *Exercit.* 19. & ex inſtituto MICH. Liebentanß in pec. Differt. de *Dudaim* hab. Witteb. 1670. Alii denique ignorantiam ſuam in re obſcuriſſima fatentur (υ).

(μ) PHIL. CODURCUS apud CALMETUM l. c. & in Dec. I. *Ephemer. Curioſ.* an. IV. & V. Obſ. 199.

(ν) Ut Metaphraſtes Perſicus vertit, quem probare videntur GOLIUS in *Lex. Arab.* fol. 429. & A. DEUSINGIUS in Diſſert. de *Mandragoræ pomis pro Dudaim habitis*, edit. Groning. 1659. qui etiam huc trahit Interpretem Arabem.

(ξ) Apud FORSTERUM & PFEIFFERUM l. c.

(o) Quam ſententiam pluribus tuetur HILLERUS in *Hieroph.* P. I. c. 27. & in pec. Diſſert. de *Sulammitidis deliciis ruralibus.*

(π) Sic ſentiunt Rabbinorum nonnulli, (vid. FORSTERUS & STUCKIUS l. c.) & Autor Anonymus in Freywilligen Heb: Opffern, XI. Beytr. p. 67. ſeq.

(ϱ) Quod poſt MATTHIOLUM, CASP. BAUHINUM alioſque, viſum IOBO LUDOLFO in *Hiſtor. Æthiop.* Lib. I. c. 9. & porro in *Commentar.* p. 139. ſeq. cui adſtipulantur MAIUS in *Supplem.* ad COCCEI *Lex.* p. 22. it. in *Differtat. S.* Loc. 5. & DAPPERUS in *Deſcriptione Africæ* p. 695.

(σ) Quæ ſententia eſt Doctiſſ. CLERICI in *Comment.* ad Gen. 30, 14. quia *amomum*, fructum proferens uvarum inſtar, odoratum ſit & fœminis utile, teſte DIOSCORIDE Lib. I. c. 14.

(τ) E. g. de *moris rubi*, de *jasmino*, *ſamſucho*, *ſatyrio*, *origano.*

(υ) LUTHERUS in Gloſſa ad Gen 30. Niemand weiß, was es seyn soll. Ven. PFAFFIUS in Annot. ad *Biblia Tubing.* Iſt alles ungewiß. Lieben-

§. 4.

Nomen דּוּדָאִים, descendens a radice inusit. דוד, alias ידד, Arab. ودّ *dilexit*, esse *Formæ Geminatæ* Perfectæ פּוּקָר, ut כּוּמָז, עוּגָב &c. nemo facile iverit infitias (φ). Assumitur nimirum א Epentheticum, vel alternant Formæ Quiescens tertia radicali א & Quiescens media Vau, eo fine, ut Formæ huic פּוּקָר respondere queat, sicut in לְלָאוֹת. Atqui Forma פּוּקָר a Verbis *Transitivis*, quale est דוד vel ידד, indicat *Objectum Actionis Iteratæ* & *Continuæ* h.e. *iterum iterumque repetitæ*; vel *Objectum* ipsum *Iteratum* & *Continuum*, coll. Sect. III. §. 4. 5. 6. & 7.

§. 5.

Iam fiat conclusio & applicatio. דּוּדָאִים est a sing. inusit. דּוּדָא, qui si ponatur, vi originis *Formæ*que suæ significabit *Objectum Actionis*, idque *iteratum, continuum, varium* & *copiosum*, q. d. *dilectum dilectum*, (conf. עוּגָב p. 207.) h. e.

bentang l. c. Quid *Dudaim* in specie fuerint, non liquet. Nihil quoque in specie definiunt RIVETUS, LUC. OSIANDER, CALOVIUS & alii. Eodem pertinet Metaphrastes Samaritanus, qui reddit per [Samaritan] pl. quod vocabulum non explicant Lexicographi. Videtur idem esse cum Arab. إتاء *proventus s. fructus arboris copiosior*, rad. אתא *copiose provenit.*

(φ) Parum vero ἰβριδικῶς sentiunt DIETERICUS, URSINUS & STUCKIUS l. c. dicentes, *Dudaim* esse Dualis Numeri.

h. e. *flores* vel *fructus dilectos & gratos*, *conjunctim* ſcil. *& copioſe* ſ. *faſciatim creſcentes*: *congeriem* ſ. *faſciculum florum* vel *fructuum* (χ). Hinc plur. דּוּדָאִים notabit *plures ejusmodi faſciculos*, ſ. *plures congeries florum* vel *fructuum*, *in eadem arbuſcula pendentes*. His adde: 1.) *Dudaim* habent flores vere ineunte florentes, Cant. 7, 14. 2.) Habent fructum tempore meſſis triticeæ matureſcentem, Gen. 30, 14. 3.) Habent flores & fructus ſuaviſſimos, ita ut a *diligendo* jure dici queant, ut alia *ſuaviſſima* quævis. 4.) Fructus rarior eſt eoque maxime expetitus. Non ergo *Dudaim* ſunt *mandragoræ*, (ψ), non *tubera*, non *balſamum*; neque etiam *mala citrea*: quia *conjunctim* & *faſciatim* non creſcunt. Non eſſe *melones* vel *nuces*, abunde oſtendit HILLERUS in *Hieroph.* P. I. c. 27. Non ſunt *halicacaba* vel *ficus* vulgares, odore quippe deſtitutæ. *Amomum* quidem botratim creſcit (ω); ſed in Meſopotamia tam rarum non eſt, imo copioſe ibi provenit, neque etiam tam ſuave, vt præ cæteris floribus vel fructibus nomen *rei dilectæ* & *expetitæ* mereatur. Remanent ergo

(χ) Lucem hic aliquam afferet Nomen עֶנֶב, quod pariter *Forma* eſt *Geminata*. Eſt autem עֵנָב *uva*, *congeries* quædam ſive *faſciculus acinorum*, & pl. עֲנָבִים *uvæ*, *plures congeries* ſ. *faſciculi acinorum*.

(ψ) Quod dudum negatum a ſummo BOCHARTO in *Hieroz.* P. I. col. 773. & ex inſtituto refutatum a DEUSINGIO l. c.

(ω) SALMASIUS tamen in *Homonym. Hyles Jatr.* c. 91. ex DIOSCORIDE obſervat, quod *uva* dicitur in *amomo*, revera fruticis ramulos eſſe invicem implicitos ad uvæ inſtar.

ergo *cerasa*, remanent *ficus Indicæ*. At *cerasa* sunt fructus vulgaris & ubivis obvius. Palmam ergo defero *ficui Indicæ*, Orientalibus *Maus* s. *Mus* dictæ (a). Nam 1.) *Musa* illa fructus est præcellentissimus, sapore delicatus, gratusque palato, &, ut PLINII verbis utar, admirabilis succi dulcedine (b). Recte ergo nomen habet ab *amando*, ut alia *suavissima* quævis, in lingua Hebr. ab *amando* & *expetendo* dicta. 2.) Est fructus in Syria rarior nec ubivis obvius, quia calidius poscit clima: quid ergo mirum, eundem Raheli tantopere fuisse expetitum? 3.) Habet flores odorem spirantes admodum & suavem & salubrem

(a) Cujus descriptionem dederunt HOTTINGERUS in *Histor. Orient.* p. 117. ex SIONITA, HILLERUS l. c. p. 265, 266. & simul cum figura LUDOLFUS in *Histor. Æthiop.* Lib. I. c. 9. & in *Commentar.* p. 141. seq.

(b) Adeo usque, ut Muhammedes arbores *Maus* deliciis Paradisi sui accenseat *Coran.* Sur. LVI. 32. Doctores Muhammedanos sentire, hujus fructus comestionem Deum primis parentibus interdixisse, quem ubi comedissent, verenda illius fructus foliis, ad hoc inter plantas reliquas aptissimis, operuisse, refert LEO AFRICANUS Lib. IX. Conf. CASTELLUS in *Lex.* ad voc. מוז & DAPPERUS l. supra cit. Eadem sententia Habessinis sedet, vid. LUDOLFI *Lex. Ambar.* col. 16. Unde vulgo audit *Pomum Adami*, teste SIONITA apud HOTTINGERUM l. c. *Arbor vitæ*, referente GIGGEO in *Thesauro Arab.* & *Pomum Paradisi*; vid. SCHERLOGUS in *Antiq. Hebr.* Lib. II. Diss. III. Sect. 4. & in *Commentar.* ad Cant. T. II. Vestigat. 15. *Ficum Adami* cum aliis appellat IONATIUS Rheinfelden, eamque sententiam probatum ivit in *Itinerar. Hierosol.* p. 47. quæ etiam I. H. MAIO placet in *Diss. S.* Loc. V. & in *Oeconom. Tempor.* p. 201. & aliis apud SCHERLOGUM l. c.

brem (c), eumque rosis haud absimilem (d). 4.) Ipse fructus mense Iunio maturescit. 5.) Ex fastigio plantæ nascitur velut thyrsus quidam florum, in morem pinei strobili congestorum, ex cujus malleolis nodisque ficus prodeunt, botratim (e), numero quadragenæ vel quinquagenæ, imo centenæ & plures, (f), cucumeris magnitudine & forma, uno caule dependentes. Id ipsum vero vult *Forma* vocis דוּדָאִים. Ut adeo nulla supersit causa, cum GUSSETIO, CASP. NEUMANNO (g) & aliis, dubitandi de certitudine sententiæ Ludolfianæ, *Dudaim* esse *Ficus Indicas*.

§. 6.

Dubia tamen movit sæpius laudatus HILLERUS in *Hierophyt.* p. 266. sed quæ tanti non sunt, ut a sententia nostra recedamus. Objicit 1.) *Musas* in Judæa non ob-

(c) Vid. HILLERUS l. c. ex IONSTONO & ex BAUMGARTNERI *Itinerario.* DAPPERUS etiam cortici odorem suavem & aromaticum adscribit.

(d) Teste eodem SIONITA l. c.

(e) Unde *uvam* vocat OVIEDUS apud LUDOLFUM in *Commentar. Histor. Æthiop.* p. 143. & quidam credunt, fructum *Musæ* esse Hebræorum אשכול כפר Cant. 1, 14. c. 4, 13.

(f) Conf. LUDOLFI *Lex, Æthiop.* ad voc. מח col. 91.

(g) GUSSETIUS in *Comment. L. E.* ad voc. דוראים: Hæc, inquit, conveniunt satis, sed non perducunt usque ad certitudinem. Et NEUMANNUS in *Genesi L. S.* p. 29. An *Dudaim*, docente LUDOLFO, sint Arabum *Mauz* sive *Musa* - - id omne in conjecturis positum manet.

ſervari. Reſpond. Ex Cant. 7, 14. nullatenus infertur, *Dudaim* in Iudæa provenire: quod tamen ſimpliciter negari nequit, cum regionis illius, jam deſolatæ, longe alius ſtatus hodie ſit, ac olim (h). Obj. 2.) Serius matureſcere *Muſas* in calidiſſimis regionibus, quam ut in Syria interamni tempore meſſis triticeæ legi potuerint. Reſp. Matureſcit quidem fructus iſte menſe Junio; at meſſis triticea, quæ ſerior eſt hordearia, in Judæa, & ſic fere in Syria vicina, finem habebat circa diem decimum quintum menſis Tammus, (i), qui ex parte Junio noſtro reſpondet. Et potuit cauſa tanti appetitus fœminei Gen. 30. fuiſſe, quod fructus a Rubene inventi præcoces eſſent eoque rariores. Obj. 3.) Ex foliis *Muſæ* fieri *corbes*, Hebr. דּוּדָאִים & דּוּדִים, probari non poſſe. Reſp. Nec e *ceraſis* confici *corbes*, probavit HILLERUS, multo minus *leber*

(h) Sic olim Judæa vini fuit feraciſſima, ſed hodie vineæ nullæ ibi viſuntur, ita ut ex toto tractu Palæſtinæ non poſſit vel unus aſinus uvis onerari, quod olim ex una vite factum fuit: DIETERICUS in *Antiqu. Bibl. V. T.* p. 249. Add. Ven. DEYLINGIUS in *Obſerv. S.* P. II. Obſ. 9. §. 13.

(i) Vid. RELANDI *Antiquit. Jud.* P. IV. c. 4. §. 1. & HIERONYMI (in his terris aliquamdiu commorati) *Commentar.* in Amoſ. 4, 7. Imo omnem meſſem incepiſſe demum circa Pentecoſten, ſentiunt Talmudici in Tractatu *Biccurim* c. 1. apud WAGENSEILIUM ad *Sotam* c. 2. p. 662. BUXTORFIUS in *Synag. Jud.* c. 15. GROTIUS ad Luc. 6, 1. MALDONATUS ad Matth. 12, 1. DIETERICUS in *Antiq. Bibl.* ad Exod. 23, 14. ſeq. aliique apud HERM. CONRINGIUM in *Comment. de initio anni Sabbathici & Tempore meſſis Ebræorum*, & apud Celeb. DAN. GERDESIUM in Diſſert. de *opera miniſterii Evangelii ſub emblemate meſſis*, (hab. Brem. 1719.) Sect. I. §. 6. ſeq. & in pec. Diſquiſit. de *Tempore meſſis Hebræorum*, contra IOH. MAIERUM edit. Ultraj. 1720. qui Duumviri ſaltem meſſem triticeam circa Pentecoſten inceptam, ſed ad medium menſis Tammus ſive in Julium usque continuatam fuiſſe, ex inſtituto probant. Conf. HILLERUS l. c. P. II. c. 26.

lebetes vel *ahena*, quæ similiter דודים appellantur; vid. P. I. p. 87. & 106.

§. 7.

Pergo ad (מָתְנַיִם) זַרְזִיר, ἅπαξ λεγόμενον Prov. 30, 31. Vox hæc non minus diversimode exponitur. Vulgo *canis venaticus* (k), vel *gallus* (l); aliis *pardus* (m), *taurus* (n), *sturnus* (o), *apis* vel *aquila* (p); aliis denique *equus* (q). Sunt quoque, qui indefinite de quovis *homine* vel *animali forti & veloci* explicant (r). Singularis fuit conjectura JOBI LUDOLFI, qui per זרזיר מתנים intellexit *Zecoram*, animal Autoribus sub specie *onagri* notum, interque quadrupedia totius orbis omnium longe pulcherrimum (s), ceu ex ore Viri Beati nobis refert Eximium Academiæ nostræ Ornamentum, postque Ma-

 gnum

(k) Sic LUTHERUS, MERCERUS, MÜNSTERUS, & alii apud GEIERUM ad l. c. Ex Judæis RALBAG ad h. l. KIMCHI in *Libro Radicum*, &c.

(l) Ut Interpretes Vulgatus, LXX. AQUILA & THEODOTION, Chald. Syr. Arab. Ex Judæis R. IOSEPH apud DRUSIUM in Prov. Qui videntur respexisse Arab. cognatum צרצר *gallus*.

(m) Apud KIMCHIUM & R. SALOM. in *Michlal Jophi* ad l. c.

(n) Ut intelligit LE MOYNE in *Variis S.* Tom. II. p. 307.

(o) Nam זרזיר Talmudicis, & זרזור Arabibus *sturnus* est. Conf. BUXTORFIUS in *Lex. Talm.* ad זרזיר, ABENDANA in Addit. ad *Michlal Jophi*, & KIMCHI l. c.

(p) Apud ABEN-ESRAM ad Prov. 30.

(q) Ut BOCHARTO, IUNIO & TREMELLIO, PISCATORI, FULLERO & aliis.

(r) Ut GEIERUS in *Comment.* ad Prov. 30, 31. GUSSETIUS & COCCEJUS in *Lexicis*.

(s) Cujus descriptionem ipse dedit in *Histor. Æthiop.* Lib. I. c. 10. & porro simul cum figura in *Comment.* p. 150. seq.

gnum LUDOLFUM Æthiopiſmi Stator egregius, D. J. H. MICHAELIS in *Annotat. Uberioribus* ad Bibl. Hebr. Hal. in Prov. 30, 31.

§. 8.

Vocabulum זַרְזִיר eſt *Formæ Geminatæ:* geminatur enim prima & tertia radicalis, a rad. inuſit. זרר vel זור (t), alias אזר & זרה *cinxit*. Hinc ergo זַרְזִיר vi *Formæ* notat *cinctum cinctum*, h. e. *multis variisque cingulis cinctum*, coll. Sect. III. §. 5. & 9.

§. 9.

Atqui in nullum animal magis quadrat illa denominatio, quam in *Zecoram* (u). Quod ut magis pateſcat, ecce tibi ejus deſcriptionem ex OPPIANO:

Ταινίη δὲ μέλαινα μέσην ῥάχιν ἀμφιβέβηκε
Χιονέης ἑκάτερθε περισχομένη σεφάνῃσι.

„Linea autem mediam dorſi ſpinam cingit, niveis utrin„que diſtincta coronis.„ Ex PHILOSTORGIO Lib. III. c. 11. Ζῶναί τινες εἰσὶν ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι, κ. τ. λ. h. e. „Cingula quædam „(ei) ſunt a ſpina dorſi ad latera ventremque de„miſſa.„ Ex TELLEZII *Hiſtor. Æthiop.* Lib. I. c. 14. „Lumbos ambit circulus coloris nigri, in morem cin„guli,

(t) Unde & זֵר *cinctura, lumbus*, Syr. ܙܪܐ *torques, collare* &c.

(u) Convenit *Zecora* cum Hebr. צְחֹרָה Jud. 5, 10. quæ vox ubi de *aſinis* præſertim ſermo eſt, *variegatos colore albo & rubro*, aut coloribus his ſimilibus, ſignificat, ut ex Arabibus oſtendit BOCHARTUS in *Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 12.

guli, quem utrinque plures sequuntur, pro corporis„ portione modo latiores modo arctiores, tam nigri„ quam cineracei, coloris nitidissimi, tanta elegantia at-„ que ordine, ut cujuslibet etiam egregii Pictoris artem„ superare videantur.„ Et denique ex literis annuis Goa an. 1624. a PP. Societatis datis: Tam miraculosus est„ color & dispositio membrorum hujus animalis, ut Pa-„ tres attoniti fuerint aspectu rei tam elegantis.„ Add. BOCHARTUS *Hieroz.* P. I. col. 869.

§. 10.

Hinc duo elicio: 1.) Hanc *Zecoram multis variisque cingulis* circa lumbos *cingi*, prout *Forma* Nominis vult. 2.) Cum tam miraculosa sit dispositio membrorum *Zecoræ*, dubium non est, quin sit animal מיטיב צעד *eleganter & egregie incedens*, Prov. 30, 29. Nec obstat, 1.) quod *cincturæ* illæ etiam in reliquo compareant corpore; nam circa lumbos & ventrem maxime sunt conspicuæ, ut ex descriptione patet: denominatio ergo fit a potiori. 2.) Quod *Zecora* sit animal in Judæa peregrinum. Quis enim dubitet, Salomonem, naturæ indagatorem tam curiosum, animal in toto orbe pulcherrimum ex regione vicina sibi afferendum non curasse? vid. modo 1 Reg. 4, 33. c. 10, 22. & conf. quæ simili in casu de animali רְאֵם monet JOBUS LUDOLFUS in *Commentar. Histor. Æthiop.* p. 155. Imo probabile est, hac ipsa de causa Salomonem animal in Judæa ignotum, adeoque proprio nomine destitutum, per περίφρασιν vocasse זרזיר מתנים.

 §. 11.

§. 11.

Superest תחש Exod. 25, 5. Num. 4, 6. &c. Ezech. 16, 10. Nomen esse *animalis*, communis est sententia Interpretum. Veteres Iudæi describunt ut *creaturam diebus Mosis peculiarem*, eamque *versicolorem*, *similem feli*; (x) alibi ut *animal cornu unico in fronte præditum.* Utrumque absurde. Fuere quoque, qui *bovem* explicarunt (y). Vulgo ob vicinitatem vocis *taxum* intelligunt (z): quam vero sententiam pro more h.e. solide refutavit BOCHARTUS l.c. cui תחש potius est *color hysginus* aut *hyacinthinus*, ex Versionibus Vulgat. Græc. Chald. & Syr. Esse eundem colorem, quem Talmudici לכא vocant, videtur BYNÆO de *Calceis Hebræorum* Lib. I. c. 3. Contrà tamen COCCEJUS in *Lexico* monet, non videri probabile, nihil nisi *colorem* notari, quia tum non diceretur in plur. תחשים. Plura dubia contra BOCHARTUM congessit Acutissimus GUSSETIUS, contendens, esse nomen *animantis*, qui tamen & ipse nescit cujus? Novissime TH. HASÆUS in *Dissertationum Philol. Sylloge* Diss. 9. §. 17. seq. asseruit, תחש esse animal, quod *Manathi* vocant, cujus figuram idem l.c. in frontispicio Dissertationis 8. exhibet.

§. 12.

(x) Ex qua descriptione BOCHARTUS *Hieroz.* P. I. Lib. III. c. 30. colligit, eos intellexisse *viverræ* vel *martis* genus, fortasse *zobellam.*

(y) Sic ABEN-ESRA apud FAGIUM, & Anonymus apud VATABLUM in Exod. R. LEVI apud DRUSIUM in Exod. putat, תחשים esse תישים גדולים *hircos majores.* GESNERUS confert cognatum *thos.*

(z) Quem HILLERUS in *Onomast. S.* p. 197. & 385. sic dictum putat pro שחת, quod in *foveis* degat.

§. 12.

Omnium autem optime CONR. MEL in *Antiquario S.* p. 32. & 169. תַּחַשׁ de *corio præparato & tincto* explicat: quomodo & B. LUTHERUS intellexit Ezech. 16, 10. cui sententiæ & ego accedo, ob sequentes rationes. 1.) Quia inde fiunt *calcei*, Ezech. 16, 10. 2.) Concinit Nominis origo a rad. Æthiop. ሐሰየ: *fricuit*, *confricuit*, *attrivit*, *contrivit*, (*) quod speciatim de *præparatione pellium* usurpatur, ut in Æthiopia facere solent: unde *pellis* ሕሱይ: *contrita*, i. e. *multa frictione præparata*, quod ab Interprete Æthiopico pro ipso Hebr. עורות תחשים Exod. 25, 5. ponitur, pro quo alibi exstat *pelles* ምጸጸት: *rubricatæ*. Arabes dicunt سحف *rasit pellem*, (*) prioribus radicalibus transpositis, more ipsis tritissimo. Favet & 3.) *Forma* vocis: est enim תַּחַשׁ *Formæ Auctæ* תַּעַר ab ערה, תֶּמֶס a מסה, cum ת *Heemantico* ejusdem significationis cum Conjugatione Hithpahel, *Mutuæ* scil. *Attritionis* & *Affrictus*, quo ejusmodi pelles præparantur, coll. Verbis *Conterendi* in Hithpah. de quibus *Arcan.* p. 524. Unde תַּחַשׁ *frictio*, *affrictus*, *attritio*, *rasio pellis*, Meton. ipsa *pellis frictione* & *rasione præparata*. 4.) Ex Hebr. תחש Arabes & Persæ procul dubio

(*) Pro Hebr. חשה in hoc sensu inusit. cujus significatio *silendi* videtur esse a cognato חסה, per confusionem Radicum cognatarum, coll. Sect. I. §. 8. reg. 5. Vid. Neh. 8, 11.

bio fecerunt ſuum سختيان *ſecbtian*, (transpoſitis literis, ut in ipſa radice Arab. additaque terminatione ſervili,) quod illis eſt *corium ex pelle caprina præparatum* ſive *Corduanum*. Quæ ſententia nemini mira videbitur, cum & alterum Tabernaculi integumentum fuerit ex אֵילִים מְאָדָּמִים h.e. *pellibus arietum*, non *rubicundis*, ut vulgo vertitur, contra naturam Conjugationis Pyhal, ſed ut bene explicat Æthiops Exod. 39, 34. *rubefactis*, iisque depilatis & arte coriaria præparatis. (**) Differebant ergo duo illa integumenta 1.) pellium ſpecie & præſtantia; 2.) colore, qui in exteriori *cœruleus* erat ſive *hyacinthinus*, ut BOCHARTO & aliis videtur, in altero *ruber*: adeoque etiam 3.) modo præparationis.

(**) Sic ſane intellexerunt RASCHI, BONFRERIUS in Exod. 25. & Interpres Arabs, qui reddit per اديم: eſt autem adim *corium odoratum*, quod ex Arabia Felice apportatur, unde أدّام *coriarius*. LXX. explicarunt per *δέρματα ἠρυθροδανωμένα pelles rubiâ tinctas*. Eſt autem *rubia* tingendis coriis neceſſaria, PLIN. Lib. XIX. c. 3. qua pelles perficiuntur, Lib. XXIV. c. 11.

TANTUM.

INDEX

INDEX I.
LOCORUM BIBLICORUM.

NB. Duo folia per errorem iisdem numeris 127. 128. notata, literis a. b. distinguuntur.

Index I. Locorum Biblicorum.

XXVI.

Index I. Locorum Biblicorum.

LEVITICUS.

III.

Index I. Locorum Biblicorum.

Index I. Locorum Biblicorum.

XVII.

Index I. Locorum Biblicorum.

III.

HOSEAS.

Index I. Locorum Biblicorum.

Index I. Locorum Biblicorum.

XXX.

Index I. Locorum Biblicorum.

II.

Index I. Locorum Biblicorum.

Index I. Locorum Biblicorum.

XXXVII.

Index I. Locorum Biblicorum.

Index I. Locorum Biblicorum.

Index I. Locorum Biblicorum.

XIV.

Index I. Locorum Biblicorum.

XXXIX.

X.

Index I. Locorum Biblicorum.

VII.

I CHRONIC.

INDEX

INDEX II.

OMNIUM V.T. NOMINUM APPELLATIVORUM, UT ET PROPRIORUM ALIQUOT.

אַהֲבָה

אֵילָם

אֹרֶן

בוא

בָּכָא

בִּצָּה

גָּבוֹהַ

דְּבִיר

דַּיָּה

דק

הִפְלָא

חֶדֶר

חַטָּאת

חֳלִי

חָסֹן

חָרַר

טִפְסַר

יְסוֹד

מָדַי

מָזוֹר

מַטְהֵר

מִכְמָן

מִסְחָר

מַפֹּחַ

מֶרְחָק

מְשָׁרֵת

נָזִיד

נָשָׁה

סְבַל

ספן

עָמָל

עֹפֶרֶת

עִתִּי

צָבוּעַ

צִיר

צְפַרְדֵּעַ

קֶשֶׁר

רְכָסִים

רָקִיק

שׁוֹשָׁן

שולל

שְׂעִיר

שְׁקַעֲרוּרָה

תְּאַשּׁוּר

תַּנּוּר

INDEX III.
RERUM ET VOCUM NOTATU DIGNIORUM.

Anto-

 For-

-voci-

Pri-

Suc-

F I N I S.



ADDEN-

ADDENDA.

Pag. 493. lin. 8. adde מָנוּם ex Pſ. 116, 7.

- 505. l. 22. add. מַחְמָר.
- 513. add. מַעֲרָכָה & מַעֲרֶכֶת *diſpoſitio*, *ordo: acies*, rad. *diſpoſuit*, *ordinavit.*
- 576. l. 12. add. סַלּוֹן, cum (-), ut legitur Ezech. 2, 6.
- 578. add. פִּתְרוֹן *interpretatio clara & accurata*, rad. *interpretatus eſt.*
- 580. add. רָזוֹן *emaciatio magna*, rad. רזה *emaciavit.*
- 582. ad not. (λ) adde: *Diminutivam* ex ישׂראל putant MERCERUS ad PAGNINI *Theſaurum*, & GROTIUS ad Deut. 32. 15. & Jeſ. 44, 2.
- 587. poſt שָׁלוֹם add. שָׂפָם *myſtax*, *mentum*, pars faciei extrema ſ. infima, a ספה *finitus eſt*, unde & שָׂפָה *extremitas*, *ora.*
- 632. l. 11. poſt גיז add. גז.
- 672. add. שִׁלְשׁוֹם *nudius tertius*, compoſitum, uti volunt, ex שָׁלוֹשׁ & יוֹם.

COR-

CORRIGENDA.

Pag. 455. l. 14. lege מַחְבֶּרֶת. p. 522. l. 15. תְּלָאָה. p. 529. l. 12. lege *fricuit*, si mavis, pro minus usitato *fricavit*. p. 556. l. 8. c. 2. p. 575. l. 4. pro & lege *vel*. In Indice רְכֻלָּה leg. ante רֶכֶס: in quo & subinde *Chirek* excidit vel non satis distincte legitur.

Præterea in conficiendo Indice quædam ex Parte I. sese obtulerunt, hîc postliminio emendanda.

Pag. 25. lin. 22. lege תַּהֲלוּכָה. p. 42. lin. ult. *Sect.* IV. p. 184. l. 10. כִּסְלֵו. p. 228. l. 16. סַנְסִנִּים. p. 252. l. 8. רַחְצָה. p. 301. l. 6. נִחַם. p. 319. l. 1. adde כַּפָּה. p. 336. l. 11. leg. *vel* pro &. p. 354. l. 12. *Apocope* pro *Aphæresi*. p. 356. l. 18. שֹׂעְרָה. p. 424. l. 21. תְּמוֹרָה. p. 433. lin. penult. vox פְּקֹרֶת in quibusdam Exemplaribus non satis distincte expressa est.

